

ALLEGATIONES JURIS ET FACTI

Admodùm Reverendissimi ac Amplissimi Domini

THEODARDI DE LA HAYE

Prioris, & Religiosorum Imperialis Monasterii Stabulensis,
Ordinis S. Benedicti Congregationis Bursfeldensis,

In Causâ vertente in Sacra Congregatione Episcoporum
& Regularium inter ipsos ex unâ.

E T

CELSISSIMUM ac REVEREND. DOMINUM

Episcopum Tornacensem, Commendarium Abbatiae
Stabulensis, & Venerabile Monasterium Mal-
mundariensc ex alterâ Partibus,

Deductæ à Clarissimo Domino Petro Levage, Juris utrius-
que Doctore in Curiâ Romanâ Agente.



A N N O 1718,



SEQUUNTUR DUBIA

Ad quæ reducta fuit tota Materia hujus
CONTESTATIONIS.

- I. An Abbati Commendatario competat Jurisdictio Spiritu-
alis, & Temporalis in Monasteriis Stabulen. & Mal-
mundarien. eorumq; annexis, & pertinentiis in casu &c.
- II. An eidem Abbati competat etiam Jurisdictio in præ-
dictis Monasteriis, & annexis circa Regularia Instituta,
& Regimen, seu Gubernium Monasticum in casu &c.
Et quatenus affirmativè.
- III. An, & cui Abbas prædictus Jurisdictionem hujusmo-
di delegare valeat in casu &c.

*Sequitur Principium ex omni parte notorie falsissimum, ut cujus Celsus et
Principi et Abbas commendatarius Stabulensis præcedit, mediante quadam
scriptione, Regimen et Gubernium monasticum, et omnem Dominationem
Imperiali Abbacia Stabulensi Ord. S. Bened. Congreg. Rursfeld. sibi arrogat.*

*Monasteria Stabulense et Malmundariense eorumq; Monachi non recognoscunt aliam
Superiorem tum in Spiritualibus tum in temporalibus quam Abbatem pro tempore
Non enim sunt de illis quæ reguntur iure aliquo societatis seu universitatis,
Reipublicæ cum alijs Monasterijs ejusdem Ordinis, ita ut Generali, Provinciali
aut Visitatoribus subijciantur, sed singulariter et de se gubernantur
mores antiquos, absq; eo quod cum alijs Monasterijs ullam Connexionem habeant
minusq; cum ipsis concurrant ad efformandum et auferendum Corpus universitatis.*

*In hoc autem Stat. cardo, in quo impresentiarum vertitur quæstio hæc
famigerata controversia.*

ALLEGATIO FACTI

Eminentiff. & Reverendiff. Domine.

1 **C**onstructis ope Divi Remacli Tongrensis, sive Leodiensis Episcopi circa annum 650. duobus Monasteriis, *Stabulensi* videlicet in sua Diocesi, *Malmundariensi* verò sub Archidiecèsi Colonienfi, iisque à Sigeberto Rege Malmundariensi verò sub Archidiecèsi Colonienfi, iisque à Sigeberto Rege opulenter dotatis, ut ex *Summario num. 1.* Idem Sanctus Antistes utrumque Monasterium, de coonsensu Metropolitanì Colonienfi, solemnì ritu consecravit, ac Malmundariense Monasterium ita Stabulensi conjunxit & subjecit, ut ab uno, eodemque Abbate, qui Stabuleti resideret, utrumque regeretur sicuti refert *Notger, Episcop. Leodien. in Vita Sancti Remacli*, quem sequitur *Francisc. Laurent. olim Prior Malmundarien. in suis Chronicis*, ac etiam testatur *Joan. Mabillon Ord. S. Bened. Congreg. S. Mauri tomo primolib. 3. pag. 403.* Et hæc duo Monasteria, licet materialiter distincta, re tamen vera à foundationis exordio ad hæc usque tempora unicam semper constituere Abbatiam nominatam Stabulensem, unicamque Abbatiale Capitulum, & in Stabulensi Cœnobio Abbates pro tempore suam semper fecerunt residentiam, & sub unica Abbatis Stabulensis denominatione Regimen utriusque Monasterii habuerunt, & in ea qualitate inter S. R. I. Principes fuerunt semper adscripti.

2 Et quamvis ab ipsa foundatione Monasterium Malmundariense natum esset filiale, & subjectum Monasterio Stabulensi tanquam principali, anhelantes tamen illius Monachi à tali subjectione se eximere, pluries dismembrationem eorum Monasterii ab altero Stabulensi tentarunt; Primò quidem circa annum 980. Regnante Otthone Imperatore, qui ideò ad instantiam Raginerii tunc Abbatis, & de voto plurium Episcoporum, qui ad Synodum convenerant, Monasterium Malmundariense alteri Stabulensi, tanquam *eius Superiori* reunit, ut ex ejusdem Imperatoris diplomate *dislo Summario nu. 1. litt. A.* cui non acquiescentes Monachi Malmundarienses, ægrèque nimis ferentes unionem eorum subjectivam; dismembrationem rursus tentarunt circa annum 1080. occasione quâ Henricus Tertius Imperator tunc sub tutela Archiepiscopi Colonienfi in ætate pupillari constitutus erat, eamque obtinuerunt, & proprium Abbatem sibi assumpserunt eo sub pretextu, quod sicuti eorum Monasterium situm erat in Diocesi Colonienfi, non poterat ideò subjectum esse, & dependere à Monasterio Stabulensi alterius Diocesis; verùm quinquennio post idem Imperator adultus factus, agnita injustitia dictæ separationis, quam ipse Divus Remaclus pluribus, planèque evidentibus miraculis improbaverat, altero suo Imperiali diplomate anno 1089. illam revocavit, & superioritatem restituit Monasterio Stabulensi in alterum Malmundariense, *Summario num. 2.* Quod factum confirmatum fuit ab Henrico IV. filio, & successore in Imperio de anno 1110. ut ex *Summario num. 2. litt. B.* ubi quomodo Malmundarium à Stabulensi Monasterio fuerit segregatum, & Auctoritate Cæsarea justè restitutum plenè narratur.

3 Hujus rei eventus, ultra relationem, quam de eo facit Lambertus Schafnaburgensis celeberrimus Chronographus in Historia Germanica in relatione anni 1071. perpetuum, & superlativum testimonium præbet Sancta Romana Ecclesia, quæ in *Lectio. 3. Nocturni Festi dicti Sancti Remacli*, quod celebratur die 3. Septembris, sequentia refert ibi: *Innumera sunt, quibus effulsit Miracula, porro hoc prorsus memorabile est, quod cum Imperator Henricus Tertius Malmundarium à Stabulo (quod simul eo usque juxta Beati Remacli voluntatem, & exemplum sub unâ Regulâ, sub unicoque regerantur Abbate) detraxisset, atque*

A primo §. usque ad §. 14. Status & Privilegia Monasterij Stabuleni. recensentur.

Monachis contra reclamantibus Archiepiscopo Colonien. illud dedisses, nec ipsum prece, vel ratione ullâ ABLATUM recuperare possent, tandem Sancti hujus sui Patroni Reliquias Leodium ubi tunc Imperator erat, deferunt, & eis coram ipso depositis per tanti Patris merita constantissimè ABLATUM reposcunt; Imperator turbatus, iras, vindictamque meditatur; At repentinis, tantisque illicò patratorum miraculorum prodigiis ita percussus est, ut non solum ABLATA restituerit, sed etiam Regia dona adjecerit.

4 Et quia principale fundamentum dismembrationis constituebatur in diversitate Diocesum, & ex eo quod Malmundariense Monasterium esset sub Diœcesi Colonien. cùjus Archiepiscopi præjudicium ex illa subjectione considerari poterat; Hinc reassumptâ quæstione super dictâ dismembratione, remissa fuit Decisioni ipsiusmet Archiepiscopi Colon. qui diu re maturè discussâ, visâ fundatione, cæterisque Privilegiis & documentis, tandem anno 1128. suâ diffinitivâ sententiâ, seu rescripto in perpetuum valituro sancivit, ibi. *Hus ita se habentibus perspicuum est, quod Ecclesia Stabulensis PRINCIPATUM OBTINEAT Malmundarium verò subjectionem ei, & obedientiam debeat; Nos verò, ut jam dictum est, omnem materiam dissentionis, & scandali secundum tenorem veritatis, & rationis à prædictis locis auferre cupientes, constituimus, & præsentis privilegio in perpetuum firmavimus, ut utrique loco unus semper præficiatur Abbas, ut in supradictis Privilegiis habetur, & ut Malmundarienses eo subjectionis jure Stabulensi Ecclesie obediant, quo jure omnes Cella, vel Præpositura suis Cœnobitis subesse videntur.* - cum aliis declarationibus superioritatem, & respectivè subjectionem semper magis comprobantibus latius relatis in *Summario num. 3.*

5 Præfatumque decretum confirmatum fuit in anno 1240. ab Arnaldo Archiepiscopo Colonien. Successore, *Summario num. 4.* Idemque fuit demandatum, & stabilitum à Lothario III Imperatore, *Summario num. 5.* ac etiam à Conrado II. pariter Imperatore, *Summario num. 6.* Et insuper à Carolo Quinto, qui omnia præcedentia Imperialia Privilegia confirmavit, *Summario nu. 7.* Et in firmiorem prædictorum comprobationem accesserunt Pontificia Indultanempe facta: mem: Leonis Noni, à quo omnia Privilegia Imperatorum, & aliorum Præsulum fuerunt confirmata, *Summario nu. 8.* Et magis præcisè Celestinus Secundus mediante Bulla Consistoriali subscripta etiam ab omnibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in qua sic habetur. *Malmundarium, quod sicuti ab initio fundationis sue dignoscitur, semper subditum sit Stabulensi loco, quemadmodum Cella Monasterio; Monachi verò ipsius loci Stabulaus professionem faciant, & ubi Abbas providerit, benedicantur, & ordinentur, - ut ex dictâ Bulla Summario num. 9.* cujus etiam tenoris sunt tres aliæ Bullæ pariter Consistoriales Lucii Secundi, Eugenii Tertii, & Adriani Quarti, *Summario nu. 10. 11. & 12.*

6 Abinde citrà, pluriumque sæculorum spatio Monasterium Stabulense pacifice semper usque ad præsens exercuit ejus superioritatem in filiali, & subiecto Monasterio Malmundariensi non solum in recipiendis per Abbatem, seu Priorem Stabulensem professionibus Novitiorum Malmundariensium in propria Stabulensi Ecclesia, sed etiam in convocandis Capitulis, *Summario nu. 13.* nec non etiam in concedendo litteras dimissoriales Religiosis Monasterii Malmundariensis, *Summario nu. 14.* ac in aliis actibus superioritatis in *Summario nu. 15. & litt. A.* Adeò ut ipsi etiam Monaci Malmundarienses talem veritatem facti fuerint in actibus positivis, ut in specie videre est ex supplici libello pro eorum parte porrecto Consilio Luxemburgensi, *Summario nu. 16.* ibi. *Il Convento di Malmidy &c. il quale è Priorato dependente dalla detta Abbazia di Stavelot, non possiede un sol piededi terra &c.* - Et possent id hoc adduci innumeri actus pacificum exercitium dictæ superioritatis demonstrantes.

7 His præmissis circa statum, & jus nostri Monasterii Stabulensis, necesse quoque

quoque est E. E. P. P. hujus controversiæ causam, & originem referre. Malmundarienses quippè, qui originariam eorum subjectionem ægre semper passi sunt, rursus à jurisdictione, & superioritate nostri Monasterii sese subtrahere volentes, eam jurisdictionem & superioritatem, quæ etiam regularia instituta & disciplinam monasticam concernit, Abbati Commendatario tribuere satagerunt, & sumpta occasione quod de anno 1713. duo aderant in eorum Monasterio Novitii, qui professionem regularem emittere debebant, vice eisdem Novitios mittendi ad Reverendissimum Priorem Principalem, tanquam superiorem regularem, prout inconcussè fuit semper observatum, curavit Rever. Prior Malmundariensis extorquere à Serenissimo Principe Lotharingiæ Commendatario Antecessore specialem delegationem in sui personam, quæ ei tribuebatur facultas Professionem dictorum suorum Novitiorum in Stabulensi Ecclesia recipiendi, ut ex litteris datis in *Summario num. 17.*

8 Noluit, ut par erat, Reverendissimus Prior Principalis permittere, ut alter in sua Stabulensi Ecclesia Actum adeò substantialem Regularis Jurisdictionis ad ipsum privativè spectantis exerceret, nec pati præjudicialem adeò innovationem; Et propterea dictus Rev. Prior Malmundariensis professionem dictorum Novitiorum recepit in sua Ecclesia, & postea iterum recursum habuit ad prædictum Sereniss. Commendatarium, à quo sub prætextu inobedientiæ ex nostra parte, extorsit confirmationem dictarum Professionum receptarum in Ecclesia Malmundariensi, ut ex aliis litteris *Summario nu. 18.*; Verùm reclamante nostro Priore Stabulensi, & remonstrata dicto Sereniss. Commendatario insubsistentia fundamenti, sub quo Malmundarienses dictam delegationem procuraverant, non dubitavit dictus justissimus Administrator, recognitis juribus nostri Monasterii, illius superioritate, & Reverendiss. Prioris jurisdictione primas suas litteras Delegationis, nec non posteriores confirmatorias revocare, declarando se earum occasione fuisse deceptum, & expressè præcipiendo, ut dicti Novitii legitimam professionem iterum emitterent in manibus nostri Prioris Stabulensis, *Summario num. 19.*

9 Et quia interim pro hac parte expeditum fuerat coram Reverendiss. Nuncio Colonienfi Monitorium super manutentione in quasi possessione recipiendi professiones etiam Novitiorum Malmundariensium, prosequuta dicta Causa in possessorio, post longam disputationem expedita fuit, ut par erat, favore Reverendiss. Prioris Stabulensis, cum decreto manutentionis, ut supra petita, & præcepto dictis Novitiis, ut reassumpto habitu Novitiatu, professionem iterum emitterent in ejus manibus, & in Ecclesia Stabulensi, ut ex *Summario num. 20.*; sed cum Malmundarienses postea assumpserint in eodè Tribunali Nunciaturæ Colonienfis judicium petitorium, prævidentes inevitabilem succumbentiam, quo ad eorum subjectionem nostro Monasterio, & Priori Stabulensi ex supra expositis, licet tunc non deductis, ad illam indirectè declinandam, sumpta occasione quod per mortem dicti Sereniss. Commendatarii à Lotharingia, postulatus fuerat in novum Abbatem Commendatarium Celsissim. Episcopus Tornacensis, illi exposuerunt, quod plenaria jurisdictio, ipsa etiam quæ Regularia Instituta concernit, ad eum spectabat, quodque tenebatur ex debito proprii muneris defendere jura Abbatia sibi commendatæ.

10 Unde evenit, quod dictus Celsissimus Præsul inhærendo instantiæ Malmundariensium, prius institit in Tribunali Nunciaturæ pro sollicita Causæ expeditione in Petitorio, ut ex *Summario num. 21.*, & quamvis pro parte Prioris & Monasterii Stabulensis oppositum fuerit, quod de Petitorio agi non poterat non terminato, & absoluto Possessorio, nihilominus placuit Domino Auditori Nunciaturæ in Causa super petitorio prorsus indigesta, & indefensa definitivè pronunciare, non licere Domino Priori Stabulensi recipere professiones jure proprio, sed delegato ab Abbate Commendatario, *Summario num. 22.* à qua injustissima sententia appellatum fuit pro hac parte ad Sacram Rotam, ubi modò

pendet *Causa* appellationis, transportato jam ad *Curiam* Processu, *Sum. nu. 23.*
 11 At dum probamus dictæ *Causæ* prosecutionem in *Sacra Rota* cum *Monasterio Malmundariensi* nostro *Competitore*, præfatus *Celsissimus Commendatarius* porrexit supplicem libellum *Sanctissimo*, in quo exposuit, quod ex impulsu suæ conscientiæ credebatur se obligatum sustinere jura dictæ *Abbatiae* ratione universalis jurisdictionis super utroque *Monasterio*; & ideò supplicabatur, quatenus *Sanctitas* sua dignaretur declarare, an, & quomodo talis jurisdictionis ei competebat sine ullo strepitu *judicii*, ut ex dicto *Memoriali* in necessariis dato, *Summ. num. 24.*, quo successivè remisso ad hanc *Sacram Congregationem*, fuit (nobis tamen penitus inscius) remissum pro informatione *Reverendiss. Nuncio* *Colonien.* qui cum utrumque *Monasterium* ad deducenda jura sua requisiverit, pro parte *Reverendiss. Prioris Stabulensis* responsum fuit, quod coram ipso comparere in hac causa nec poterat, neque tenebatur, ob latam prius ab eo contrariam sententiam, ut ipse *Reverendiss. Nuncius* benigna ingenuitate restatus fuit in relatione ad hanc *Sacram Congregationem*, subdens, quod justè recusabatur in eadem *Causa*, *Summario num. 25. & litt. A.*

12 Alter verò *Prior Malmundariensis* tali intimationi juxta ejus votum emanatæ respondit, quod non intendebat se opponere; Unde pluribus illegalibus documentis cumulatis per *Dominum Auditorem Nunciaturæ* ad defensionem proprii *judicati*, omnia cum relatione *Reverendiss. Nuncii* remissa fuerunt ad hanc *Sacram Congregationem*, ut habetur ex voluminosâ *Positione* apud *Em. Dominum meum Ponentem*; & successivè promotâ pro hac parte instantia coram *R. P. D. Auditore Sanctissimi* pro remissione hujus *Causæ* ad *Sacram Rotam* propter inevitabilem connexitatem cum altera *Causa* in *d. Tribunali* jam contestata, obtinimus primo loco declarari omnia spectare ad *Rotam*, *Summ. nu. 26.*; Cum tamen postea insinuatum fuerit pro parte *Celsif. Commendatarii*, quod ipse non intendebat super tali jurisdictione litem formalem assumere, sed solum habere oraculum *Sanctæ Sedis* super illius competentia pro quiete propriæ conscientiæ, reservando quæcumque jura *Monasteriis Collitigantibus* super prosecutione litium inter ea pendentium, dictus *R. P. D. Auditor Sanctissimi* *Causas* divisit, & istam super prætenso jurisdictione universalis respectu *Celsissimi Commendatarii* remisit ad hanc *Sacram Congregationem*, firmis aliisq; remanentibus in *Sacra Rota*, *Summario num. 27.*

13 Deputato igitur *Em. Domino meo Ponente*, & subscriptis ad instantiam *Partis adversæ* dubiis supra positis; Nos expressè protestati fuimus (ut dictus *Em. Ponens* testari dignabitur) quod pro illorum disputatione admitti non poterant, neque debebant jura exadverso exhibita coram *Rm. Nuncio*, & ab eo transmissa, tanquam informia & illegalia, ac exhibita coram *Judice* recusato Nobis inauditis; minùsq; relatio ejusdem *Rm. Nuncii*, tanquam justissimè recusati, ut ipsemet advertit in sua relatione, esset attendenda, & consequenter, quod in *Causa* tam gravi necessarium erat delegare alium in *Partibus* non suspectum pro habenda informatione, & facienda legali, & formali *Extractione Jurium* hinc inde necessariorum, quatenus exadverso prætenso *Jurisdictione* circa *Disciplinam Regularem in ass. Consuetudine, seu præscriptione fundari prætenderetur*; Sed quia exadverso replicatum fuit, quod etiam de jure talis *Jurisdictione* competebat, placuit *Em. Domino meo Ponenti* destinare *Causæ* propositionem in *Sacra Congregatione*, ad effectum videndi quid juris, & quoad assertam *Consuetudinem*, an probationes adductæ sufficiant, vel sit locus subdelegationi *Peccitæ* pro legali *Extractione*, & *Compulsatione Documentorum* hinc inde, quatenus ad tale punctum quæstio reduceretur; Unde in his circumstantiis assumendo disputationem supradictorum dubiorum.

In hoc & seq.

§. Super primo

dubio non im-

pugnatur ju-

14 Quod primum, parum erit immorandum, quia nostrum *Monasterium Stabulense*, ejusq; *Prior* non intendit impugnare, nec controversere *Celsif. Abbati Commendatario* jurisdictionem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, quæ ei de jure spectat in *Ecclésiis Abbatiae commendatæ*, ejusq; subditis, quæ-

que aliis similibus Commendatariis competere solet, & respectivè ab illis exercetur, ut de eorum Jurisdictione, & in quo consistat, & ad quæ extendatur, plenè refert *Card. de Luc. in Miscellan. Ecclesiast. disc. 54. sub nu. 26. Fagnan. in lib. 3. Cap. in Ecclesiis de Capell. Monachor. sub nu. 22.* ubi loquitur de similibus Abbatibus Commendatis Farfensi, Sublacensi, Gripræ Ferratæ, Fossanovæ, & aliis, in quibus Abbates Commendatarii ut plurimum S. R. E. Cardinales habent quidem Jurisdictionem, etiam quasi Episcopalem, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus restrictam tamen ad ea, quæ concernunt Ecclesias ab Abbatia dependentes, Cultum Divinum, & servitium Ecclesiarum, aliisque respicientia Subditos Abbatiae subiectos Abbati Commendatario in temporalibus & spiritualibus, ut advertit *Card. de Luc. & Fagna. in locis supra allegatis*, & plenè discussa materia decisum fuit in *Nullus seu Clareval. len. Visitationis 25. Junii 1706.*, & 21. Martii 1707. cor. bon. mem. Kaunitz. per tot. in quibus decisionibus examinatur importantia verborum in *Spiritualibus, & temporalibus*, & firmatur ea non se extendere ad ea, quæ respiciunt Disciplinam regularem.

15 Et in his terminis considerandæ sunt Bullæ Pontificiæ juxta solitam Formulam expeditæ, tam pro antecessoribus, quàm pro moderno Celsis. Commendatario, in quibus conceditur Jurisdictio in spiritualibus, & temporalibus, ut ex *Summ. nu. 28. & litt. A. B. C. D.*, sub quarum identico tenore similes Bullæ expediuntur pro Commendis Farfensi, Gripræ Ferratæ, aliisque; etiam ultra Montes, quarum aliquæ ad effectum recognoscendi identicam earum formulam, dantur in *Summ. nu. 29. litt. A. B. & C.* Cumque omnes alii Commendatarii qui easdem prorsus habent facultates in spiritualibus, & temporalibus, ac Celsis. Episcopus Tornacensis, Jurisdictionem circa regularia Instituta haud unquam exercuerint, nec prætendant, sed eam tantum, quæ Cultum Divinum in Ecclesiis Commendatis, Subditos Abbatiarum, & alia supra exposita respicit, istam nequidem Jurisdictionem unquam impugnavit, neque controvertere intendit nostrum Monasterium Stabulense, ejusque Prior, immò consentimus, ut circa hoc primum dubium rescribatur *affirmativè quoad jurisdictionem solitam competere Commendatariis.*

16 Progrediendo ad secundum Dubium, in quo stat Cardio controversiæ - An scilicet competat Commendatario Jurisdictio in Monachos quoad Instituta Regularia, & circa regimen, & gubernium Monasticum, negativè profectò, rescribendum venit; quia sicut Episcopus talem Jurisdictionem non habet, licet in provisione Ecclesiæ plenaria Jurisdictio in spiritualibus & temporalibus ei committatur, ut per *Text. in cap. 1. Nò Sede vacante, & cap. Nullus de elect. in 6. versic. Et Episcopus, Frances de Eccles. Cathedral. cap. 81. nu. 17. Rot. coram Cocem. dec. 1007. nu. 18. & sequen.* Ità nec minus illam habere valet Abbas Commendatarius, qui tanquam Sæculari in corrigendo Monachos, & in aliis similibus actibus concernentibus Disciplinam Regularem non debet se immiscere, resistente ipsa Lege Evangelica, ut ponderat *Card. de Luc. de Regularib. disc. 74. sub nu. 4.*, & in *Miscellan. Ecclesiast. disc. 54. num. 27.* Idemque determinavit Sacrum Concilium Tridentinum in *sess. 25. cap. 20. de Regularib. & materia latè discussa, concludit Lezana tom 4. consult. 57. nu. 2. cum pluribus seq. & nu. 27.* Prout etiam Statutum est in Concilio Matisconen. *Can. 9.* - Ibi Non propter pravorum nequitiam Ordo Religionis & loca sacratissima quibus licitum non est, committantur, quia ut Sancti Patres dicunt, non debet esse in Regimine communis ratio, quorum est diversa professio - & infra sub Excommunicationis poenâ prohibetur Religiosis, ne Commendatarios in Superiorem Regularem agnoscant ibi. *Qui autem de Monachis per talem manum, obedientiam suscepit regularem gravioris culpa vindicta puniatur; Quod si postmodum quisquam illorum præsumpserit, Iudicio Spiritus Sancti decreta. Auctoritate Anathematizetur.*

17 Et hæc fuit semper inconcussa opinio hujus Sacræ Congregationis, ut declaravit, & sancivit in decreto emanato per viam legis universalis ad instantiam Ordinis Cistercionis, quod refert *Nicol. in fofcul. sub verbo Commendatarius sub num. 2.* ibi - *Sacra Congregatio etc. in habendo Privilegiis Summorum Pontificum Ordini Cistercionensium concessis, ac decreto Sacri Concilii Tridentini sess. 25. cap. 20.*, nec non resolutionibus

Jurisdictio solita competere Commendatariis.

Discutitur secundum Dubium, & probatur Jurisdictionem Commendatarii non extendere ea, quæ concernunt Disciplinam regularem.

nibus aliis desuper factis, habito etiam verbo cum Sanctissimo declarat, decernit, & statuit non licere Commendatariis, Priores, Supprios, aut Officiales Claustrales instituere, vel destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, multoque minus ad professionem admittere, nec facultates eisdem in litteris concessas tollere, vel limitare, nec etiam quemquam propter delictum ejicere; sed quotiescumque Monachi quid commiserint, quod animadvertione dignum sit, id quamprimum Priori Claustrali, vel Commissario significant, qui correctionem juxta Ordinis Statuta faciat &c. Ideoque injungendum Nunciis Apostolicis &c.

18 Et quod non solum supradictum decretum emanatum ad instantiam Cisterciensium, sed etiam Bullae Innocentii X. & Gregorii XIII. faciant in hac materia regulam generalem servandam, quoad omnes Commendatarios etiam aliarum Congregationum firmat in puncto Fagnan. in lib. 1. Decretal. cap. Edoceri de rescript. sub num. 2. ubi refert dictam Bullam Gregorianam, & subjungit, ibi. Et quamvis Bulla loquatur tantum de Monasterio Ordinis Cisterciensis, tamen conveniens est, ut servetur etiam in aliis Ordinibus Monachorum, ratio est, quia cum Commendatarii sint Clerici Seculares, non decet, ut sint cum Regularibus commixti, & sub nu. 4. promovendo quaestionem in abstracto - An Commendatarii Monasteriorum possint se immiscere in his quae concernunt Regularia Instituta, talem generalem quaestionem negativè, resolvit cum Bulla Innocentiana per extensum relata, & per viam legis adducta, ibi solutio patet ex litteris in forma Brevis Innocentii Decimi, cujus tenor talis est, videlicet &c. idemque firmat Panimol. decis. 80. num. 18.

19 Et de facto talis est inconcussa observantia per totum Orbem Ecclesiasticum, & ita practicum est ab omnibus Comendatariis post dd. Bullas, & declarationem hujus Sacrae Congregationis, ut est notorium, & testatur Lexana dicti. consultat. 57. nu. 20. ibi. Rem totam evincit communis praxis totius Ecclesiae per Orbem diffusa, quae est, quod ipsi Commendatarii non se intromittant in iis, quae concernunt regularem observantiam Monachorum &c. - Et ita practicum est ab Eminentiss. Commendatariis Farfen., Clarevallen. Sublacen. Fossenovæ, & aliis pluribus, ut est notorium, & advertunt Lexana loco sup. vius allegato, Card. de Luc. d. disc. 54. sub num. 26 in Miscellan. Eccles. Fagnan. in d. cap. in Ecclesiis in lib. 3. de Capell. Monach. sub num. 22. & ita quoque decisum fuit per Sacram Rotam in Nullius, seu Clarevallen. Visitationis 25. Junii 1706. s. Neque pro effugienda, & 21. Martii 1707. s. Nec servavimus cum seq. & coram bon. mem. Kaunitz.

Referuntur
empla, &
s. judicate
mtra Com-
mendatarios
tam postu-
tos.

20 Quam communem observantiam ultra auctoritates supra allegatas comprobamus pluribus aliis superlativis documentis, nempe ex attestazione Reverendiss. P. Procuratoris Generalis Congregationis Sancti Mauri Ordin. Sancti Benedicti, ejusque socii testantium, quod omnes Commendatarii in Abbatibus eorum Congregationis nunquam se immiscuerunt in concernentibus gubernium Monasticum, quodque totalis Jurisdictio, quoad gubernium Monasticum semper fuit exercita à PRIORIBUS CLAUSTRALIBUS in Monasteriis Commendatis, Summ. nu. 30. & simile testimonium facit Reverendiss. Abbas Corbensis in Germania, quaevis ab illius Monasterio, & Capitulo Commendatarii postulentur, Summario num. 31.

21 Quinimò exemplo Bullae Innocentianae, & Decreti generalis hujus Sacrae Congregationis, ita etiam judicatum fuit in Tribunalibus forensibus, nempe in Gallia contra clar. mem. Cardinalem d'Estrees Commendatarium in Monasterio d'Anchin in Flandria Ordinis Sancti Benedicti, ubi fuit judicatum Jurisdictionem, quoad disciplinam regularem, spectare ad Priorem Claustralem dicti Monasterii; non autem ad Abbatem Commendatarium, licet Cardinalem, Summar. num. 32. Idemque decisum fuit contra Episcopum Namurcen. Abbatem Commendatarium Monasterii S. Gerardi Ordin. S. Benedicti, Summ. nu. 33. & sic pariter reiteratè decisum fuit in famigerata lite cum clar. mem. Cardinali de Bouillon Commendatario Abbatiae Cluniacensis in Gallia, Summ. nu. 34. Qui Abbas Cluniacensis postulatur à Monachis, & Capitulo eo modo, quo postulatus fuit noster Celsissimus Commendatarius, ut ex Bulla Confirmationis, Summario num. 35.

22 Et in puncto casus nostri, quod Abbates Commendatarii hujus Abbatiae Stabulen.

bulen. non habeantur tanquam Abbates Regulares, resultat sufficiens declaratio ex Bulla san: mem: Pauli IV. *Summ. nu. 36*, in qua Abbatii tunc regulari deputatus fuit Coadjutor Dominus Comes Christophorus a Mandericheit illius Nepos, cum expressione, quod iste habitum regularem suscipere vellet, & in qua Summus Pontifex distincte procedendo, eidem Domino Comiti Abbatiam concessit in Commendam quamdiu in statu saeculari viveret, cum vero habitum Regularem suscepisset, eam dedit ei in titulum per haec verba, in primo casu - *Commendamus*, & in saecundo casu - *in Abbatem praeficimus*; eademque differentia resultat ex solita formula Bullae Confirmatoriae electionis Abbatis Regularis, *Summ. nu. 37*. in qua leguntur eadem verba - *praeficimus, providemus*, quae demonstrant superioritatem in Monachos, quam certe non secumfert verbum *Commendamus*, - quod importat simplicem defensionem, ut suadet ipsa discretiva loquutio, & advertunt *Menoch. conf. 259. nu. 69. & 70. Rot. coram Priol. decis. 176. nu. 18. & decis. 304. nu. 12. parte 19. recent.*

23 Firmiter itaque stabilita Regula, quae Nobis assistit in exclusionem Jurisdictionis Celsis. Commendatarii in concernentibus regularem disciplinam; convenit modo examinare ea, quae ex adverso adduci solent pro limitanda dicta regula generali in concreto hujus casus nostri, quae ad tria fundamenta reducuntur; *Primum* scilicet, quod non agatur de simplici Commendatario, sed de Abbate postulato, qui ideo haberi debeat, tanquam Abbas Regularis. *Secundum*, quod nostrum Monasterium sit de illis, quae vivunt iure singulari, sine proprio Abbate Regulari, independenter a quocumque corpore, seu Congregatione Monastica, se habente per modum Republicae, seu Universitatis, quo in casu Abbas Commendatarius loco Abbatis Regularis in omnibus haberi debeat juxta distinctionem laudatam a *Card. de Luc. in Miscellan. Eccles. disc. 54. nu. 28 & 29.* Et *tertium*, quod Abbates Commendatarii Antecessores in his Monasteriis Abbatiae Stabulensis praescripserint ex longeva consuetudine, & observantia Jurisdictionem etiam circa Monasticum gubernium, & regularia Instituta; Quae quidem contraria fundamenta nullam habent subsistentiam, nec in minimo attendi possunt pro limitatione Regulae generalis superius firmatae.

24 Et sane quoad *primum*, nil prorsus facit postulatio, quae ad effectum, de quo agitur, in nihilo diversificat Postulatum a Commendatario; In tantum enim proceditur per viam postulationis, in quantum eligi non valet per Regulares Clericos, vel Presbyteros, aut Episcopos Saecularis ad Gubernium Monasticum, ut bene explicat de *Matt. de caus. Consistorialibus impressus post Chokier de Commus. Benefic. sect. 21. nu. 1 & seq.* Cumque postulatio nullum prorsus jus det Postulato, qui non efficitur sponsus Ecclesiae, sicuti sit Electus, sed solum praebet aditum recurrenti ad Papam pro habendo illo Monasterio in Commendam, & administrationem; Ideo seposita postulatione, attenditur solum quod fuit a Pontifice concessum, ut prosequitur de *Matt. de caus. Consistorial. d. sect. 21. nu. 5. 7. & seq. & ex cap. 1. de postulat. Pralat. in 6. firmant Passerin. de elect. cap. 24. nu. 72. Card. de Luc. de Regul. dis. 13. n. 9. cum concor.*

25 Cum ergo Celsissimus Adversarius, narrata Pontifici ejus postulatione solum obtinuerit sibi concedi dicta Monasteria in Commendam, & administrationem, eo prorsus modo, quo conceduntur aliis Commendatariis, & expedivit Bullam cum solita formula; & clausulis consuetis, & cum eisdem facultatibus dari solitis aliis Commendatariis, ut supplico recognosci ex ejus literis datis in *Summ. nu. 28. lit. D.* & aliis Bullis caeterarum Commendarum datis in *Summ. nu. 29.*, certum inde fit quod ipse, ratione Postulationis nil valet praetendere; Tum quia postulatio nullum penitus in re, aut ad rem jus tribuit; Tum etiam quia solum attendi debet, quod fuit a Papa concessum, & sic sola & simplex Commenda, juxta bene firmata per *Matt. Passerin. & de Luc. locis superius allegatis in §. antecedenti*; & ita indistincte praedicatur etiam quoad Abbates Commendatarios postulatos ut cum exemplis iudicatis demonstravimus supra in *num. 31. 32. 33. 34. & 35.* & praesertim quoad Eminentiss. Cardinalem Bullionum Abbatem postulatorem Cluniacensem; Et in contrarium adduci nequit exemplum, ex quo constare possit, quod ex postulatione tribuatur

Respondet
contrarius
Obj. c. 10.

buatur Abbati postulato Jurisdictione; quoad Gubernium Monasticum,
 26 Nullaque vis fieri potest in illis verbis, quæ leguntur in Bulla Commendæ
 Celsissimi Adversarii, quod scilicet ipse valeat disponere de fructibus eo modo, quo
 disponebat Abbas Regularis: Item quod ei committatur Cura, Regimen, & Ad-
 ministratio tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus; Et tandem quod Conventibus,
 seu Monasteriis præcipiatur, ut debeant ei obedientiam, & reverentiam præ-
 stare; Sufficeret quidem pro remotione objecti generalis responsio, quod supradic-
 ta omnia leguntur quoque identificis verbis transcripta in Bullis aliarum Com-
 mendarum datis in *Summar. dicto nu. 29.* Et tamen alii Commendatarii præensam
 ex adverso Jurisdictionem sibi non attribuunt, ulterius illa intelligi debent congrua
 congruis referendo, dispositio quippe fructuum respicit illos destinatos pro mensa
 Abbatiali separatos ab aliis mensæ Conventualis, quam nostra Monasteria habent
 divisam, ut non controvertitur, & propterea objectum attendi non meretur.

27 Cura, Regimen, & Administratio in temporalibus respicit Subditos Abbatiae
 & gubernium Æconomicum Mensæ Abbatialis possidentis bona & feuda; In Spiritu-
 alibus verò concernit Cultum Divinum in Ecclesiis Abbatiae Commendatæ, col-
 lationem Beneficiorum, & similia, ut demonstravimus in discussione primi dubii §.
 14. & seqq. Quibus additur, quod etiam Episcopis datur plenaria Jurisdictio in Tem-
 poralibus, & Spiritualibus in tota Diocesi, ut ex formula Bullæ, *Summ. num. 38.* Et
 tamen illa non se extendit ad Gubernium Regularium existentium in Diocesi, ut
 firmavimus supra in §. 16.

28 Obedientia verò & reverentia, quam ergà Commendatarium exhibere de-
 bent Monachi, intelligi debet de illa obedientia, & reverentia, quæ sæculari con-
 gruit, & prout sonant verba Commendæ ibi - *Faciens tibi à Conventibus præfatis
 obedientiam & reverentiam CONGRUENTES exhiberi - Summar. nu. 28.* Non autem
 de Obedientia debita à Religioso ergà superiorem Regularem, ut optimè patet ex
 diversitate extensionis hujus Clausulæ in Bulla provisionis Abbatis Regularis ibi-
*Exhibentes sibi obedientiam & reverentiam debitam, & devotas; ejus salubria monita, &
 mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam
 idem Abbas ritè tulerit in Rebelles ratam habebimus, & faciemus inviolabiliter observa-
 ri - Summa, nu. 37. litt. B.* Sicque objecti solutio patet ex ipsomet tenore Bullarum
 Commendatarii, & Abbatis Regularis.

29 Eiusdem insubstantiæ est secundum contrarium fundamentum; Quia nostrum
 Monasterium non vivit jure singulari, ut ex adverso supponitur, sed habet mensam
 separatam ab illa Abbatiae Commendatarii, ut jam non controvertitur, & habet
 proprium Superiorem Regularem qualis est Reverendiss. Stabulensis, & est aggre-
 gatam Congregationi Bursfeldensi Ordinis S. Benedicti viventi per modum Rei-
 publicæ, & universitatis sub Regularibus Prælati, & Superioribus, ut patet ex ag-
 gregatione sequuta de anno 1654. & quidem de consensu tunc Abbatis Commen-
 datarii, *Summ. nu. 39.* & constat etiam ex confessione Celsiss. Adversarii in Bullis
 Commendæ ab ipso expeditis in principio, ubi Monasteria Stabulen. & Malmun-
 darien. qualificantur cum sequentibus verbis ibi - *Ordinis Sancti Benedicti Congrega-
 tionis Bursfeldensis - ut ex Summario d. num. 28. litt. D.*

30 Quinimò nedum in actu dictæ aggregationis omnes Monachi renovant
 professionem juxta Instituta & Constitutiones dictæ Congregationis *Summ. nu. 40*
 sed singuli Novitii ante emissam professionem in manibus nostri Prioris Stabulen-
 sis promittunt obedientiam Capitulo Annali dictæ Congregationis, ejusq; Statuta
 & Constitutiones observare, *Summ. nu. 41.* & probatur quoque, quod in casu deli-
 cti, & correctionis Congregatio Bursfeldensis, ejusq; Superiores exercuerunt Ju-
 risdictionem in nostris Monasteriis, ut habetur ex *Summario num. 42.*

31 Inapplicabilis igitur est doctrina *Cardin. de Luc. in disc. 54. in Miscell. Ecclesiast.*
nu. 28. & 29. quia ibi loquitur de Monasterio vivente jure singulari sine dependen-
 tia ab ulla Congregatione, sine Superiore Regulari, & sine Mensa separata vivente
 cum quota reddituum Abbatiae Commendatæ, ut videre est in dicto *num. 28. & seqq.*
 Unde

Unde cum nostrum Monasterium non sit de illis, de quibus loquitur *citatus Author*, sed habeat propriam mensam, propriamque Superiorem Regularem, alioiq; Superiores majores Congregationis Bursfeldensis, de qua loquitur ipse *Cardin. de Luca eodem disc. 54. sub precedenti nu. 26.* tali casu ipse *Cardin. de Luca*, firmat Commendatarium nullam habere Jurisdictionem in Monachos circa disciplinam regularem ibi. *Et quod magis est (loquendo de Commendatario) se non ingerit in iis, quae concernunt eorum mores, & disciplinam regularem, dum habent proprium Abbatem, & Superiorem localem, ac etiam alios Superiores Generales, vel Provinciales respectivè ejusdem Ordinis, seu Instituti.*

32 Pro ut pariter non applicatur, immò retorquetur quædam resolutio antiqua Sacrae Congregationis Concili de anno 1586, exadverso adduci solita, ubi agendo de dd. Monasteriis particularibus jure singulari viventibus, respondit, *Ius admittendi professionem Novitiorum pertinere ad Commendatarios, si Monasteria non existant sub aliqua Congregatione habente Regulares Superiores.* Et in hoc sensu loquuntur Doctores exadverso pro hac conclusione expensè licet attendi amplius non debeant quoties præcisè ad sedandas contrarias opiniones emanarunt in hac materia Apostolica Constitutiones, & illud decretum per viam legis universalis ab hac Sacra Congregatione de anno 1654., quod refert *Nicol. in floscul. superius allegatus*; ita ut hodie, postposita opinione contraria, servanda sit lex supradicta, quod Commendatarii non se ingerant circa disciplinam regularem, & gubernum Monasticum, ut præcisè monet *Fagnan. in lib. 1. Decretal. cap. Edoceri de rescript. sub num. 2. 3. & 4. Panimol. decis. 30. num. 18.*

33 Neque dubitari valet, quia Congregatio Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti vivat per modum Reipublicæ cum suis Superioribus Regularibus, quia ultra notorietatem, & ipsam denominationem CONGREGATIONIS hoc testatur *Card. de Luca de jurisdict. disc. 18. sub nu. 7.* ubi licet asserat, nonnulla Monasteria hujus Ordinis vivere de per se, attamen firmat ibi - *Inter quas præsertim est ista Bursfeldensis in Germania cum ea differentia, quod pleraque ejusdem Instituti Monasteria invicem connectuntur tanquam plura membra unum Corpus, seu unam universitatem constituentia ad instar dicte Congregationis Casinensis.* & ambo Monasteria Stabulen. & Malmundar. fuerunt aggregata ad Congregationem Bursfeldensem, & sic ad corpus, ut ex *Summ. disc. nu. 39.* ultra quod dicta Congregatio fuit incorporata Congregationi S. Justinæ de Padua, ejusq; omnibus Privilegiis gaudet per specialem Bullam san. mem. Pii II. *Summ. num. 43.* sprete prorsus autoritate, quatenus exadverso allegaretur, cujusdam Religiosi *Laurentii à Dripi*, qui tanquam rebellis scripsit contra proprium Institutum Bursfeldense, quia illius liber fuit suppressus, tanquam factus & impressus absque licentia proprii Superioris, contra prohibitionem Constitutionum Ordinis & in præjudicium obedientiæ, & in fomentum rebellionis, ut probatur ex *Summa. num. 44. litt. A.*

34 Hinc nil relevat, quod in nostris Monasteriis non adsit Abbas Regularis, qui illis præsit, quia illius vicis in omnibus repræsentat Reverendiss. Prior Stabulensis, qui est Superior Regularis in utroque Monasterio; Et ideo non eligitur Abbas Regularis durante Comenda, ut fit in Monasteriis perpetuò Commendatis, quia Monachi habent potestatem in quacumque vacatione reducendi Abbatiam Stabulensem ad statum Regularitatis, & eligendi sibi Abbatem Regularem; De cætero autem notum est in jure, quod in Religiosis Domibus Prior canonicè electus per scrutinium, qualis est Reverendiss. Prior Principalis, dicitur primus Superior post Abbatem, & Jurisdictionem omnem exercet in Monachos, qualis competit Abbati, & quidem jure proprio, & absque delegatione in illius defectu, aut absentia, tanquam Locumtenens, seu Vicegerens, aut Vicarius natus.

35 Et sic prædictus Reverendiss. Prior in defectu ad tempus Abbatis Regularis, tanquam caput & legitimus Superior Regularis sui Monasterii, & alterius subjective annexi jurisdictionem exercet auctoritate sua ordinaria, ratione proprii officii in Monachos & subditos juxta *Text. in cap. cum ad Monasterium versè. Prior de stat. Monachor.*

Monach. & docet Lanfranc. in statut. cap. 3. ibi - servata in omnibus reverentia Abbatis Prior, qui & Præpositus in regula nominatur, honorabilior est reliquis ministris Domus Dei plenè Elphiclen. disquisit. Monastic. lib. 3. tract. 3. disquisit. 23. per tot. Gonzal. in 3. lib. Decretal. in cap. Monachi in verbo Priores de stat. Monachor. & Canonic. Regular. sub litt. H. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 17. nu. 31. egregiè Tamburin. de jure Abbat. tom. 2. disp. 1. quest. 4. nu. 5. Pignat. consult. Canonic. tom. 1. consult. 86. nu. 28. & in puncto, quod in hisce Monasteriis Commendatis jurisdictio in Monachos ad exclusionem Commendatarii competat Priori optimè decum fuit ab hac Sac. Congregatione in decreto generali supra relato in §. 18. ibi - Non licere Commendatariis Priores, Subpriores, aut Officiales Claustrales instituere, vel destituere, visitare Monachos, eisdemque corrigere &c. sed quotiescumque Monachi quid commiserint, quod animadversione dignum sit, id quamprimum Priori Claustrali, vel Commissario significent, qui correctionem juxta Ordinis statuta faciat; Ac demum Prior, & Subprior in isdem Commendatis Monasteriis Officiales &c. - & de facto in visitationibus Apostolicis factis in nostro Monasterio tota cura quoad Disciplinam Regularem, & Gubernium Monasticum commissa fuit Priori cum facultate sibi eligendi Subpriorem, eumque destituendi, nulla prorsus facta mentione Commendatarii, ut ex particulis Sac. Visitationum Summ. nu. 45. & ita practatur in Congregatione S. Mauri, ut constat ex Summ. nu. 30. & decum fuit in præcitata Nullius, seu Clarevallen. jurisditionis 25. Junii 1706. 6. Effugiendo cor, R. P. D. Kaunitz.

Demonstratur in substantia præsentis præscriptio in Gubernio Monastici.

36 Rejctis duobus contrariis fundamentis, quo ad Tertium circa suppositam observantiam & præscriptionem, reassumimus primo loco protestationem reiteratè factam prius in voce coram Eminentiſſi. Ponente, ac in initio præsentis informationis, quod scilicet in materia adeò gravi probatio debet esse concludens, & admitti certè non debent ad talem probationem faciendam informia documenta, & illegales scripturæ exadverso dandæ, & à Monachis Malmundarien. adversarius subministratæ, nec non recollectæ, ac transmissæ à suspecto Tribunali Nunciaturæ ad defensam contumacialis sententiæ ibidem latæ contra nostrum Monasterium, ut supra advertimus, & consequenter quando causâ reduceretur ad hoc punctum, necesse utique foret demandare subdelegationem ad effectum faciendi legitimam probationem, mediante legali extractione scripturarum hinc inde, ut de jure fieri debet, juxta Text in cap. fin. de fid. instrum. Rota coram Burini. decis. 644. nu. 2. & 3. & coram Cerr. decis. 767. num. 2. & decis. 239. num. 11. part. 8. recent.

37 Cæterum ex ipsismet informibus scripturis exadverso adductis excluditur supposita observantia, & præscriptio, quia ferè omnes actus Jurisdictionis exercitæ à Commendatariis non excedunt limites illius Jurisdictionis, quæ solita est illis competere, cujus qualitatis sunt Deputationes Vicariorum cum jurisdictione in spiritualibus & temporalibus, quæ respicit Gubernium Abbatie Commendatæ habentis sub se plurima bona & feuda; & in qua adsunt quamplura Beneficia sæcularia ad collationem Abbatis, nec non plures Parochiæ eidem Abbatie unitæ, quo ad quæ & alios similes actus jurisdictionales verificantur deputationes Vicariorum in spiritualibus & temporalibus, ex plenius deductis supra in §. 15. & seq. Non autem ad exercendam jurisdictionem in Monachos circa disciplinam regularem, quæ semper exercita fuit à nostro Priore Regulari, & de qua nulla habetur mentio in dd. Deputationibus.

38 Quod si aliqui actus irreperierint respicientes Monasticum Gubernium, vel sunt æquivoci, & nihil concludunt, vel gesti fuerunt in Monasterio Malmundar. cujus Monachi ad excutiendum jugum inevitabilis subjectionis respectu nostri Monasterii libentius se submittere maluerunt jurisdictioni Abbatis Commendatarii sed tales actus potius sunt spernendi, & non attendendi in præjudicium nostri Monasterii, & Superioris regularis, qui non debet præjudicatus remanere ex facto Alterius, immò ex facto competitoris & collitigantis, l. non debet ff. de regul. jur. Barbof. axim. 3. num. 21. & 22. Rota coram Goccin. decis. 117. num. 3. & decis. 694. num. 5. parte 18. tomo 2. recent.

Ponde-

39 Ponderando etiam præpotentiam Commendatariorum, qui semper fuerunt Magnates, quibus resistere non poterat Prior Stabulensis, nec assumere litem cum Potente; ob unum vel alterum actum, qui potuisset esse præjudicialis, in quibus circumstantiis etiam si concurrerent, & legitimè probarentur aliqui actus gesti à Commendatariis, qui haberent aliquo modo admixtam jurisdictionem quo ad Regularia, nullatenus essent apti inducere præsentam consuetudinem, & præscriptionem aduersus Regulam nobis assistentem, nec reddere capacem Clericum sæcularem exercendi jurisdictionem in Regulares, quam de jure non habet, cuiq; resistunt lex evangelica, Sacri Canones, Sac. Concilium Trident. Constitutiones Apostolicæ Decreto irritanti inunitæ, & resolutiones generales hujus sacræ Congregationis, quæ cum semper vigeant, consequenter impediunt quancumque præscriptionem & consuetudinem in contrarium; quia aut tales actus gesti sunt ante dictam declarationem per viam legis emanatam de anno 1654 & fuerunt ab illa abrogati aut post eandem declarationem emanarunt, & tanquàm abulivi in spretum legis sunt rejiciendi, ut ad propositum advertit *Card. de Luc. de Regular. disc. 2. nu. 3. 4. & seq. & generaliter Abb. nu. 11. Bellarmin. nu. 2. in Cap. fin. de consuetud. Mascard. de probat. volum. primo conclus. 424. num. 32. Rot. coram Penna decif. 7. num. 22. & in rec. decif. 524. num. 3. part. 1. & dec. 28. num. 271. part. 3.*

40 Fortius quia actus prædicti sunt pauci, non pacifici, interrupti, & prorsus inepti ad præscribendam legitimam consuetudinem, ex quo in contrarium urgent, nedum continua jurisdicção exercita per Priorem Regularem in Monachos circa disciplinam regularem, sed plures actus, & decreta Sacræ Visitationis Apostolicæ, ex quibus resultat, quod omnimoda Jurisdicção quoad monasticum gubernium, & Instituta regularia residebat in Priore, ut ex *Summ. dicto nu. 45.* quinimò ipsi Commendatarii pro tempore non semel retractarunt actus, qui poterant præjudicare Jurisdictioni circa regimen Monasticum Superioris Regularis, ut ex datis in *Summ. num. 46.* & constat etiam ex revocatione delegationis factæ in personam Prioris Malmundar. à clar. mem. Principe Lotharingiæ Commendatario Antecessore pro receptione Novitiorum *Summ. dicto nu. 19.* & ulterius urget consensus præstitus ab Abbate Commendatario tempore, quo nostra Monasteria fuerunt incorporata Congregationi Bursfeldensi, ea quidem sub conditione, quod ipse Commendatarius nunquàm se ingereret neque interveniret in eorum Capitulis Annalibus, sed solummodò eorum Superior Regularis, *Summario dicto num. 30. litt. B.*

41 Quando namque actus non sunt pacifici, sed interrupti, varii, & contradicti, & nunquàm fuerunt in Contradictorio Judicio approbati, remanent prorsus inefficaces ad inducendam validam consuetudinem contra juris resistantiam, & regulam in contrarium, ut plenissimè probant, *Text. in cap. fin. de consuetud. Thomat. decif. March 240. nu. 13. Rot. coram Ludovis. decif. 162. nu. 9. ibiq; Alden. nu. 15. & in recent. decif. 112. nu. 5. & in recent. decif. 112. nu. 5. part. 2. cum aliis ibi allegatis.*

42 Nec quidquam prorsus relevat, quod in emissione professionum Novitii quandoque pronunciauerint sequentia verba - *Officiante N. Priore Stabulensi in absentia Reverendissimi Principis Administratoris* - Ex quibus ex aduerso induci prætenditur, quod R. Prior Stabulensis professionem non admiserit jure proprio, sed delegato ab Abbate Commendatario; quia primo loco respondimus, quod cum de delegatione non constet, obiectum cessat in facto, non obstantè, quod nonnulli Priores habuerint deputaionem in Vicarium generalem; tum quia in dd: deputationibus non legitur talis facultas recipiendi professiones, & Commissio Jurisdictionis in temporalibus & Spiritualibus respicit alios actus suprà recensitos in §. 15. & seq. & §. 37. Tum etiam quia vel in dd: Professionibus enuncitari debuisset Deputatio Commendatarii, vel dicendum est Priorem eas recepisse auctoritate sua ordinaria, non autem delegata, ut in proposito ponderant *Barbos. de offic. & potestat. Episcop. parte 3. allegat. 92. num. 9. Card. de Luca de judic. disc. 3. num. 19. Rosa coram Bich. decif. 79. num. 22.*

43 Verùm animadverti supplicamus, quod prærelata verba nullatenus tangunt substantiam Professionum, & pronunciantur à Novitio professionem emittente,

non autem à Priore Stabulensi illam recipiente, qui aliis verbis non utitur, quam sequentibus - *Ecce Frater charissime, auctoritate Dei, & Ordinis conferimus vobis Confraternitatem in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* - quæque manifeste denotant Priorem Stabulens. non tanquam delegatum à Commendatario, sed jure proprio nativo, & veluti Superior utriusq; Monasterii in defectu Abbatis regularis Professiones recipere, & Novitios Ordini & Religioni incorporare; inde enim irrepsit error registrandi verba - *in Absentia &c.* quia tempore Abbatum regularium, & iis Absentibus id quoque practicabatur sub his verbis - *in absentia Reverendissimi Abbatis* - ut habetur ex formulis datis in *Summ. nu. 46.* & concessa postmodum Abbatia in Commendam, introductum quoque est inadvertenter quandoque registrare verba - *in absentia Principis Administratoris* - quæ Professionis substantiam minime concernunt, quæque pluries omissa fuerunt, ut patet ex aliis actibus Professionum datis in *Summario num. 48.*

44 Nullatenus igitur ex superius relatis prætendi potest præscriptum jus delegandi facultatem admittendi professiones; Tum quia actus prædicti sunt equivoci, & non important delegationem; Tum quia sunt varii & interrupti, Tum demum quia fuerunt declarati nulli, & inallecibiles in præsentia Controversia ab Antecessore Commendatario Principe Lotharingæ, qui revocando delegationem in personam Prioris Malmundarien. pro susceptione Professionis ejus Novitiorum expressè protestatus est id facere in exonerationem conscientia; ut ex *Summ. dicto nu. 19.* ita declarando verba - *in Absentia* - non importare facultatem delegandi in persona Commendatarii; qui sanè novissimus actus contrarius seriò gestus, & expressus absorbet, & prosternit omnes illos præcedentes equivocos, & ad alium finem referibiles, eosq; reddit prorsus ineptos ad inducendam legitimam consuetudinem, & præscriptionem ex firmatis per *Rovis. consil. 18, num. 3. volum. primo. Cardinal. de Luca de feu!, disc. 53. num. 6. de Franch. decis. 722. num. 12.*

45 Et consequenter refutatis contrariis fundamentis semper resurget nitidissima regula Nobis affiltens, quod *Commendatarius nullam habeat jurisdictionem, quo ad disciplinam Regularem, & Monasticum gubernium, & sic ad hoc secundum dubium videtur omninò rescribendum negativè.*

46 Posset itaque omitti disputatio *tertii dubii*, quia si *Celsif. noster* Commendatarius ex supradictis non habet Jurisdictionem quo ad Monasticum Gubernium, inutilis est quæstio, an illam possit delegari; Nilominus, dato etiam casu quod ipse haberet talem Jurisdictionem, quam absolutè negamus, constanter dicimus ipsum non posse eam delegare, & quatenus posset, teneretur, & obligatus esset eam committere Priori Stabulensi,

47 Ex superius namq; firmatis in §. 34. & seq. habetur, quod Prior canonicè electus per scrutinium ad vitam, ut in casu nostro, est secundus immediatus post Abbatem, & dicitur illius Vicarius natus, & vicesgerens, & in ejus absentia, aut defectu exercet eandem Jurisdictionem in Monachos, & quo ad regularem disciplinam, quæ spectat ad Abbatem, & quidem sine ulla particulari delegatione, & ratione proprii Officii, ut per *Tambur. de jure Abbat. tom. 2. dispu. 1. part. 4. num. 5. Pig. natell. consult. canon. tom. 1. consult. 86. num. 28. cum aliis supra allegatis.*

48 Unde sequitur, quod sicuti existente Abbate regulari, in illius absentia subintrat de jure in Gubernio Monastico, & in regulari Jurisdictione Prior, sine ulla delegatione propter ordinarias facultates ei tributas à lege in ejus Canonica electione ad perpetuum officium Prioris, ut ultrà mox adductos optimè firmat *Pelizar. manual. regular. tract. 4. cap. 4. tit. de obed. n. 117. ibi - Addo, quod sicuti præfati Officiales scilicet Priores, absente Prelato Monasterii succedunt in spiritualem Jurisdictionem illius &c. ita, & succedunt quo ad potestatem præcipiendi in virtute sanctæ Obedientia; &c. Cum enim tunc temporis sint Superiores Monasterii in Capite, habent totam illam auctoritatem, quam jure ordinario habet Superior Monasterii, & inferius - ad transferendum jus & auctoritatem Prelati in ejus vicesgerentem sufficere absentiam à Conventu, quæ sit ultrà unum diem naturalem - ita in casu, quo Commendatarius subrogaretur loco Abbatis Regularis, non posset*

posset certè prætere quoad Monasticum Gubernium majorem Jurisdictionem, quam haberet verus Abbas regularis, & consequenter non posset in absentia talem regularem Jurisdictionem delegare, sed servare tenetur eam à lege datam immediato Superiori Regulari ratione proprii Officii juxta Regulam, quam exornant, *Anchoran. consil. 100. in princip. Decian. consil. 45. num. 14. & seq. lib. 3. Rota coram Coccin. decis. 1445. num. 1. & decis. 123. num. 8. part. 6. rec.*

49 Et de facto, si attendenda foret consuetudo, quæ exadverso præteritur, illa protectò evidentissimè demonstrat, quod Prior Stabulensis pro tempore in admissione Novitiorum ad Professionem tam tempore Abbatis Regularis, quam tempore Commendatarii ad exercendam Jurisdictionem, quæ ei competit ratione officii in absentia Superioris majoris expressit solum talem absentiam absque ulla delegatione, ut in *Summ. num. 47. & 48.* & quod specialius est, cum contigerit quod clar. mem. Comendatarius Antecessor ad suggestionem Prioris Malmundar. semel delegationem fecerit recognita ejus insubsistentia, eam per actum publicum revocavit, ut in *Summ. nu. 17. 18. & 19* Unde etiam ex facto Commendatariorum Antecessorum habetur, quod licet ipsi præteridissent habere Jurisdictionem in Monachos, agnoverint non esse in eorum potestate talem Jurisdictionem delegandi in præjudicium officii Reverendiss. Prioris, & consequenter eo magis firmum, & comprobatum remanet nostrum assumptum, ut ad rem ratiocinantur *Paris. cons. 50. n. 19. lib. 4. Lambertin. de jure patr. lib. 1. quest. 2. artic. 4. nu. 22. Rota coram Cels. decis. 7. num. 6. & decis. 441. num. 9. & seqq. part. 18.*

50 Sed quatenus etiam præterideretur Celsiss. Commendatarius posse talem Jurisdictionem delegare, certè quod teneretur talem delegationem facere in personam R. Prioris Stabulen. tanquam immediati Superioris regularis; recurrit enim eadem ratio, quod Prior canonicè electus per scrutinium à Capitulo ad vitam, est primus Superior post Abbatem, & habet ordinariam Jurisdictionem ratione dicti officii in Monachos, & circa Monasticum Gubernium in illius absentia. Unde fit quod Abbas in casu absentia, non valet ei sic auferre Jurisdictionem de jure competentem & ab officio derivantem, illam alteri delegando, idq; postulat juris & rationis ordo & necessitas servandæ gradualis Hierarchiæ, nè aliàs sub fomento delegationis in alterum ex Monachis, membrum efficiatur caput, & subvertatur ordo monasticus in præjudicium & derisionem Prioris legitimi Superioris electi à Capitulo ad *Test. in cap. cum ad Monasterium versic. Prior de stat. Monach. Lanfranc. in cap. 3. Pignatelli consult. canonic. 10. 1. consult. 86. nu. 28. & generaliter Abb. in cap. cum in cunctis s. inferior num. 10. & seq. de elect. Virvian. de jure patron. parte 2. lib. 2. cap. 9. nu. 6. Rota coram Seraphin. decis. 774. num. 1. & decis. 1270. num. 3.*

51 Et quidem ad exercendam omnimodam Jurisdictionem in omnes subditos, inter quos sine dubio veniunt Monachi Monasterii Malmundar. tanquam ab ipsa correctione subjecti Stabulensi loco, ejusq; Superiori, in cujus manus professionem faciunt, & à quo Religioni incorporantur, cui proinde in re, & in negotiis gravibus subjacere debent, ut plene firmatum fuit supra à §. 1. usque ad 14. cum tot Imperialibus diplomatibus, antiquis sententiis, ac pluribus Constitutionibus Apostolicis, in quibus expressè sancitur ibi *Malmundarium, quod sicut ab initio fundationis sue fuisse dignoscitur, semper substitutum sit Stabulensi loco, quem a modum Cella Monasterio; Monachi vero ipsius loci, Stabulensis professionem faciant &c. & latius Summ. nu. 9. & sequen.*

52 Supplicando reverenter in hoc advertere, quod (ut supra insinuavimus) præfens controversia promota ad insinuationem Malmundariensium, principalem finem habet paulatim sic excutiendi subjectionem illius Monasterii respectu nostri Superioris Stabulen. quia si contingeret declarari, quod Jurisdictio quoad disciplinam regularem spectat ad Commendatarium pro tempore, & quod posset eam ad libitum delegare cuilibet ex Monachis beneviso, actum esset de superioritate nostri Monasterii, quia possent sperare, vel ab uno, vel ab altero ex Commendatariis pro tempore delegationem in Priorem, vel in alium ex Monasterio Malmundar. ut jam tentaverant, & extorserant tempore clar. mem. Ducis à Lotharingia, & sic

per indirectum excutere subjectionem nativam volitam à Divo Remaclo, ac etiam miraculis demonstratam, & iudicio Imperatorum, Episcoporum, & summorum Pontificum semper canonizatam.

53 Et ideò pro parte dicti Monasterii Malmundarien. licet in hac causa, & pro hac propositione citati, nihil adducitur, & in totum adhæret instantiæ Celsi. Commendatarii, quia in substantia agitur de propria Causa dicti Monasterii, & consequenter in nihilo prorsus attendenda est declaratio facta per illius Monachos, quod ipsi intendunt recognoscere Jurisdictionem Celsi. Commendatarii. Tùm quia sic excuterent propriam subjectionem ergà R. Priorem Stabulens. ; Tùm etiam quia malunt subesse Abbati Commendatario ferè semper absenti, & ut plurimum in longinquis partibus commoranti, quàm proprio Superiori regulari continuo residenti in suo loco, à quo magis, & strictius cogi possunt ad regularem observantiam, & disciplinam. Quare &c.

ALLEGATIO JURIS

E Min. & Reverendis. Domine. Omissa discussione prioris dubii, ubi non controversatur Abbati Commendatario competere in generali Jurisdictionem spiritua-lem, & temporalem in Monasteriis, descendo ad examen *secundi dubii* in quo quaeritur - *an eidem Abbati competat Jurisdictio, etiam circa regularia Instituta, & regimen, seu gubernium monasticum* - in quo versatur controversia principalis, & negative in hoc dubio resolvendum omninò speratur.

Et quidem, quod Commendatarii nullam habeant Jurisdictionem in concernentibus Instituta regularia, probat priori loco ipsa Sacrorum Canonum censura, quibus edocemur homines disparis professionis non esse ità sociandos, ut qui unius est professionis præficiatur aliis diversi Instituti, ut cavetur in *Clement. 1. de elect. nec quod præficiatur Regularibus*, qui in Regula non est instructus, ut in *cap. Officii de elect. ideòq; cum Abbas Commendatarius sit sæcularis, prohibetur manus apponere in iis, quæ respiciunt disciplinam regularem, cujus non est instructus tanquàm diversi professionis, ut expressè damnavit Innocentius Tertius in cap. 2. de Capell. Monach. ibi - incongruum videtur, ut regulares secularibus supponantur - & in præcis terminis firmarunt Rebuff. in *prax. benefic. tit. de Commenda nu. 24. Lexan. oper. moral. to. 4. consult. 57. nu. 17. & 18.* ubi latissimè ostendit ex pluribus principiis Commendatarios de jure nullam habere Jurisdictionem in concernentibus regularia Instituta Monachorum, & concordat *Rodriquez to. 2. quest. regul. quest. 52. art. 8 per tot. Vanespen in jus eccles. univers. part. 1. tit. 21. cap. 7. nu. 46. Panim. dec. 30. nu. 8. vers. exceptis, & nu. 18 Nicol. in flosc. in verbo Commendatarius nu. 2. & lucubr. canon lib. 3. tit. 39 nu. 8. Alteserr. in Ascension rei monasticæ lib. 2. cap. 6. circa fin. Card. de Luc. de Regular. disc. 24 nu. 5. vers. & per consequens Rot. me scribente in Nullius, seu Clavervallen. visitationis 25 Junii 1706 s. neque pro effugienda coram hon. mem. Kaunitz. ibi Hoc unum certum est, ut quoad concernentia regularia Institutum, & disciplinam, non se extendat auctoritas Abbatis Commendatarii &c. cum præmissa semper censeatur reservata Superiori Claustrali, tanquàm præsumptivè in regulis Religionis magis versato.**

Secundò præter Sacrorum Canonum dispositionem, resistit Commendatario Concilium Trident. *sess. 21. cap. 8. de refor.* ubi distinguendò inter Monasteria Commendata, in quibus non viget regularis Observantia, & inter alia, in quibus illa viget, in hoc secundo casu, in quo versamur decernit, quod Superiores regulares habeant Jurisdictionem in concernentibus Instituta regularia, ibi - *eorum Regularium Superiores juxta eorum regularia Instituta debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur* - unde patet Concilium in Monasteriis Commendatis, in quibus viget observantia regularis reliquisse Jurisdictionem Superiori regulari, non autem illam dedisse Commendatario sæcolari in concernentibus regulam monasticam, ut animadvertit *Rot. in dict. Nullius, seu Clavervallen, Visitations 21. Martii 1707. s. non obstante coram hon. mem. Kaunitz.*

Tertiò magis clarè disposuit dictum Concilium Trident. sess. 25. cap. 20. de Regul. ubi decernitur, in Monasteriis Commendatis correctionem, visitationem, & spirituale regimen spectare ad Superiores Regulares, & firmavit Card. Laurea in epitome canon. in verbo Commendæ vers. commendata Monasteria, & in verbo Superiores Regularium; vers. in Monasteriis Commendatis.

Quartò conspirant plures resolutiones Sacræ Congregationis, signanter illa edita in Cisterciens. 2. Augusti 1647. in qua disputato articulo, an Commendatarii possent apponere manus in concernentibus Institutum Regulare, eadem Congregatio in hærendo dispositioni Sac. Concilii d. sess. 23. cap. 5. de regul. censuit nullam Commendatario competere Jurisdictionem in respicientibus Institutum, & gubernium monasticum, cui resolutioni in hærendo san. mem. Innocentius X. promulgavit Constitutionem 25. Septembris 1654. in qua declaravit ibi. *Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, decernimus, ac statuimus non licere Commendatariis Prioribus, Subprioribus, aut Officialibus Claustrales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemq; corrigere, nec facultates eisdem in litteris Apostolicis concessas, & expressas, pro ut supra ad ea, quæ Institutum regulare concernunt, ac tenore prælatorum privilegiorum, & Sac. Concilii dispositione monastico regimini relinquuntur trahi posse & debere* - quam resolutionem per extensum refert Fagnan. in cap. edoceri nu. 4. de rescript. Nicol. in flosc. in verbo Commendatarius nu. 2. Panimol. decis. 30 nu. 18 Rot. in Nullus, seu Clareval. Visitations 25. Junii 1706. §. neque pro ejugenda, & 27. Martii 1707. §. neque plus coram bon. mem. Kaunitz.

Quintò demum, talis est consuetudo, & praxis universalis totius Ecclesiæ juxta quam Commendatarii nunquam se intromittunt in his, quæ respiciunt regularem observantiam Monachorum, ut allegando exempla plurium Abbatiarum etiam Commendatarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, plenissime ostendit Lexan. Oper. moral. to. 4. consul. 57. nu. 20. ibi. *Denique rem totam evincit communis praxis totius Ecclesiæ per Orbem diffusa &c. quæ est, quod isti Commendatarii non se intromittant in iis, quæ concernunt regularem observantiam Monachorum, quorum Monasteria præficiuntur. Prout ad oculum cernitur in Ennis. Cardinalibus quorum plures, quàmvis sint Abbates Commendatarii perpetui plurium Abbatiarum Monachorum, videlicet Sublatensis, Farfensis, Assisensis, & aliarum, & sunt viri egregii, & maxime auctoritatis, nihilo minus nullatenus se ingerunt in regimine Monachorum, quo ad observantias regulares, sed hoc totum relinquunt iudicio, & prudentiæ Superiorum eorundem Monasteriorum, qui titulo Priorum, vel Proabbatum ea moderantur & regunt.*

Non obstant modò objectiones in contrarium, non quidem prima, quod supra dicta procedant in Monasteriis Commendatis, quæ sunt redacta in Congregationem cum aliis Monasteriis ejusdem Ordinis, non autem in Monasterio quod vivit singulariter, ac de per se, neque alteri Superiori subest; Etenim hæc distinctio non firmatur ab aliquo Doctore, præter Card. de Luca de regul. disc. 74 nu. 4. & seq. qui attendi non meretur, veluti loquens contra Canones, contra Concilium, & contra Observantiam universalem; Et quidem juxta Sacros Canones, non est arandum in Bove & Asino, nempe homines diversæ professionis, in uno officio non sunt sociandi, ut ex Legè divina inquit Text. in cap. cum causam de elect. & sic Commendatarius Sæcularis omnino jejunus de regulis monasticis, incongruum est, quod doceat quid quid nescit, ut advertit Lexan. dict. consul. 57 nu. 19. ubi ex Rodriguez tomo 2. quest. regul. quest. 52 art. 8. hæc ait - *quia non convenit rationi, ut homines diversæ professionis, ita in unum socientur ut qui unius professionis est, præficiatur iis, qui sunt diversæ, nec quod quis præficiatur Ecclesiæ regulari, nisi in regula sit instructus. Nec quod aliquis velit esse Magister, antequam sit discipulus, nec esse miles antequam Tiro. opposita autem evenirent, si Commendatarii sæculares vellent habere jurisdictionem super Monachos, quoad observantias regulares, & Instituta Religionis.*

Etiam Concilium Trident. reprobat hanc distinctionem, dum in duobus decretis agit de duplici genere Monasteriorum, nam sess. 21 cap. 8. supponit Ordinario Monasteria singularia, in quibus non viget observantia regularis, ea verò in quibus

viget, solum mandat, ut Episcopi moneant, ut Superiores Regulares observari faciant debitam vivendi rationem, juxta eorum regularia Instituta, & solum in casu negligentiae committit Jurisdictionem Episcopo, ut superius probatum fuit; loquendo autem de Monasteriis Commendatis redactis in Congregationem sub Capitibus Ordinum, declaravit Episcopum nihil posse in illis, sed subesse Capitibus Ordinum, aliisque Superioribus Regularibus, nec locum habere decretum antecedens; Ergo utroque casu, Concilium exclusit Commendatarios, & utroque casu, voluit, ut haec Monasteria in concernentibus regulam monasticam subjacerent Superioribus Regularibus, & firmavit *Rota in d. Nullius, seu Clareval. Visitationis 21. Martii 1707. §. Non obstante coram bon. mem. Kaunitz.* & de facto Doctores, resolutio Sacrae Congregationis & Constitutio Innocentii X. nullam faciunt distinctionem in hoc puncto, circa speciem Monasteriorum, sed indistincte loquuntur, immo Constitutio Innocentii loquitur cum ratione illa generali, quod Commendatarii - *in alienam insuper Messem, veluti in electiones, ac depositiones Priorum, ac Subpriorum, aliorumque Officialium ac etiam in Visitationes, ac Monachorum correctiones, falcem mittere praesumentes* - ut apud *Fagnan. ubi supra* - quod probat generaliter Commendatarios saeculares non debere mittere falcem in Messum alienam, tanquam ignorantes Institutum Monasticum, cujus proinde observantia relinquenda est Priori regulari in Regula versato, ut inquit *Rota in d. Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706. §. Neque coram bon. mem. Kaunitz. ibi cum praemissa semper censeantur reservata Superiori Clausurali, tanquam praesumptive in regulis religionis magis versato.*

Præterea verum non est in casu isto tractari de Monasterio singulari per se viventi, quia agitur de Monasterio Stabulensi, quod est caput alterius Monasterii Malmundariensis, & Abbas Stabulensis juxta foundationem Divi Remacli, stetit semper loco Capituli Principalis, cum nihil referat, an Caput habeat unum, vel plura Monasteria sub se, semper enim verum est, quod existente Capite, quod praestitit pluribus, & non uni, non dicitur tractari de Monasterio singulariter vivente juxta sensum *Card. de Luc* & propterea applicatur hic dispositio *Concilio sess. 25 cap. 20. de regul. nec non Constitutio Innocentiana*, quam veluti Oraculum Papæ, per viam declarationis, circa facultatem Commendatiorum indistincte recipiunt Doctores pro regula contra Commendatarios, ut tradunt *Fagnan. in d. cap. edoceri nu. 2. & 4. de rescript. Nicol. in flosc. in verbo Commendatarius nu. 2. Lezan. Rodriguez, & alii*, de quibus supra. Et quod Constitutio Apostolica, licet particularis pro una Ecclesia, seu Religione, habeatur pro lege declaratoria, quoad omnes alias, est *text. in cap. Ex multa vers. in consultatione nostra de voto, & vot. re dempt. & cap. in causis de sent. & re judic. & dixerunt Fagnan. in cap. Quoniam sub nu. 67. de Constit. Monet. de decim. cap. 9. quest. 2. nu. 29. Rota in Midonem, praetensa observationis Constitutionis 12 Januarii 1705 §. ad stipulabantur & 1. Martii 1706. §. verum & §. eoq. fortius coram Reverendis. Ansaldo Decano.*

Insuper ad exuberantiam, probamus etiam hoc requisitum, quod nostra Monasteria sint aggregata Congregationi Bursfeldensi Ordinis S. Benedicti viventi per modum Universitatis, qualis est omnis Congregatio, *Summ. num. 39. & 40.* frustra opponente Parte, quod talis aggregatio non importet subjectionem Superioribus dictae Congregationis, quia de natura aggregationis est, ut Monasterium aggregatum fiat membrum Congregationis, cui facta est aggregatio, ejusque Superioribus subiaceat, cum aggregare sit unire per *text. in cap. novit. ubi Gloss. in verbo uniendo, ne sed. vacan. & optime Rot. decis. 148 nu. 4. vers. Quoniam, & nu. 5. parte 14 re ubi* quod aggregatio operatur, ut ab uno tantum Capite, omnia Monasteria regi & gubernari debeant; praesertim quia virtute aggregationis Monachi renovarunt professionem in manibus Praesidis Congregationis Bursfeldensis, *Summ. nu. 40.* quod magis indicat unionem hujus Corporis, ita ut Monachi facti fuerint filii Congregationis Bursfeldensis, eique totaliter subiecti, quoad observantias regulares, necnon jus visitandi & corrigendi *Gloss. in Can. & temporis qualitas in verbo unire 16 quest. 7. Card. de Luca de praemim. disc. 29. nu. 9. Pacion. alleg. 112 nu. 3. Rot. coram Bich. decis. 421 nu. 5. Reverendis. Ansaldo Decanus in annot. ad decis. 3. nu. 15. & decis. 76. num. 1.*

Nihil

Nihil relevante, quod non doceatur de confirmatione Sedis Apostolicæ, quia non requirebatur confirmatio in actu, qui præcipitur per sacros Canones *in cap. in Singulis de stat. Monach. & per Concil. Trid. sess. 25. cap. 8. de regul. in quibus disponitur, ne Monasteria sint singularia, debere se in Congregationem redigere, cum actus à jure permissus, immò ordinatus non requirat beneplacitum Apostolicum; ultra quod aggregatio veluti facta de anno 1654 spatio 60, & ultra annorum præsumitur beneplacito Apostolico confirmata *Rot. coram Priolz decis. 285. nu. 15. & coram Burat. decis. 6. nu. 4. adden. ad Gregor. decis. 454. nu. 18, Rota coram Emerix jun. decis. 108. nu. 12. & coram Pamphil. decis. 653. num. 5. & coram Reverendissimo Anfaldo Decano decis. 39. num. 12.**

Sic etiam non obstat, quod agatur de Abbate postulato, quia fuit postulatus in Commendatarium, non autem in Abbatem, & Bulla Apostolica Commendæ clara est, unde nihil refert, an Commendatarius fuerit postulatus vel non, quoties postulatio facta non fuit in Titularem, sed in merum Commendatarium, qui semper est Commendatarius, & uti talis, & secularis nequit appondere manus in concernentibus disciplinam regularem, quia in Commendis concedendis per Papam, improprie dicitur postulatio, cum sit merus consensus Capituli, qui requiritur ad hunc effectum per Papam ex quadam congruentia, ut testatur *Card. de Luc. de regular. disc. 53. nu. 16 Matth. de caus. consistor. sess. 16. nu. 52 & docet recepta praxis.*

Prout, quod Bulla Commendæ det Jurisdictionem Commendatario in spiritualibus & temporalibus, nihil concludit, cum intelligatur de Jurisdictione quo ad omnia, exceptis iis quæ respiciunt Disciplinam regularem, & Gubernium Monasticum, ut præcisè declaravit *Constitutio Innocentii X. apud Fagnã. in cap. edoceri sub nu. 4. de rescript. vers. Nihilominus*, ubi refert, ex his verbis litterarum Commendæ, perperam Commendatarios sibi arrogasse Jurisdictionem quoad disciplinam regularem, & gubernium monasticum, & licet etiam in puncto firmavit *Lezan. dicta consuls. 57. nu. 23. to. 4. Rota in dicta Nullius, seu Clareval. visitationis 21. Martii 1707. Major autem coram bon. mem. Kaunitz.*

Ejundem superfluitatis est altera objectio, quod Priores istorum Conventuum sint Claustrales, non autem Conventuales, id enim nihil infert ad rem nostram, quia unicus est Prior Principalis, qui stat loco Capituli, seu antiqui Abbatis Regularis, nempe Prior Stabulensis, & iste licet Claustralis, est ille, in quem translata est Jurisdictio in concernentibus Regulam, in defectum Abbatis regularis, quia sublato Capite Regulari, succedit secundus Superior, qui fit primus in defectum primi in sublata materia Instituti Monastici in quo nihil refert, an sit Claustralis, vel Conventualis, juxta sæpius relatum decisionem *Rota in Nullius, seu Clareval. visitationis 29. Junii 1706. & neque pro effugienda, in fine coram bo. mem. Kaunitz. ibi certum est ut quo ad concernentia regulare Institutum etc. non se extendat auctoritas, & jurisdictio Abbatis Commendatarii etc. cum præmissa semper censeantur reservata Superiori Claustrali, tanquam præsumptivè in regulis Religionis magis versato. & infra §. itidemque ibi - quare eadem ratio patitur, ut in præmissis non subdantur Abbatibus Commendatariis in regula religionis minimè versatis, neq. inter Monachos juxta eorum regulare Institutum conventibus*

Et demùm, non obstat prætena observantia, seu consuetudo, juxta quam prætenditur Commendatarios exercuisse Jurisdictionem etiam quoad disciplinam regularem, actus enim ex adverso dati non concludunt, ut late probabitur in Facto, neque enim unius unquam ex illis ostenditur, qui sit univocus, & convincens, ad quem effectum opus foret, non quidem, quod Priores Stabulenses ob reverentiam erga Commendatarios præpotentes statuerint, & se passivè habuerint, sed quod ipsi opponentibus, & rejectis Commendatarii tale genus Jurisdictionis exercuerint, alias eorum conniventia nihil concludit in materia, in qua *Canones, Concilium Trid. & praxis universalis* clamat in contrarium, ut expendunt *Gratian. discept. 298. nu. 8. & seq. Antonin. variar. lib. 1. resol. 81. nu. 9. Pignatell. consuls. 88. num. 4. Rota in Osabrugen. Canonicius 26. februarii 1717. §. Dum itaque & in Burgen. juris visitandi de Bribiesca 12. Januarii 1714. §. atque hinc coram Eminentijs. Scoto, neque de cæterò*

coniventia Priorum Antecessorum præjudicare valet Monasterio Stabulensi, ejusque Priori Successori, ut dixit *Rota in Burgen. jurisdictionis super actibus Parochialibus* 11. Junii 1716 §. denique & 26 Junii 1715. §. Quo vero coram R. P. D. Urizzo.

Urget etiam solida responsio, quod contra Jus divinum, & bonos mores est; quod Sæcularis in regula Monastica non versatus, ejusque omnino ignarus dirigere possit Monachos in Regulis Monasticis, tanquam cæcus qui non judicat de colore, hinc enim nasci potest abusus relaxandi disciplinam regularem, & dandi causam vivendi sine perfectione illa regulari, quam Fundatores Religionum tanto studio introduxerunt in Cœnobiis, quod incongruum dixit *Text. in cap. 2. de stat. Monach. Lezzan. d. consult. 57. nu. 18. & Rot. in d. Nullius, seu Clareval. Visitationis ubi supra, & propterea hunc esse merum abusum, errorem, vel ignorantiam bene animadvertit Lezzan. dict. consultat. 57. num. 20. ibi uno vel altero Commendatario per abusum, errorem, vel ignorantiam intruso excepto.*

Fortius, quia ista prætensa Jurisdictio Commendatarii sit abusiva veluti destruktiva Monastici Instituti, quod sæculares Commendatarii nesciunt, & insuper sit præjudicialis Priori Regulari, ut ait *Lezzan. dict. consult. 57. nu. 25. ibi - Cum consistere Commendatarios sæculares Capita Religiosorum in his, quæ ad regularia Instituta, seu observantiam spectant, sit in evidens præjudicium ipsorum Regularium, cum per illud auctoritas Superiorum omnino lædatur, & ipsi subjiciantur personis extraneis ab eorum Instituto proinde quævis consuetudo, & praxis veluti abusus, & corruptela censenda est, cum Jurisdictio tanquam Juris publici consensu Privatorum non detur, neque transferatur, & maxime in præjudicium Monachismi, ejusque Instituti, quod stare non debet apud infidos, & ignaros, ut de non attendenda consuetudine abusiva est *text. in cap. finali de consuet. Rot. decis. 560 nu. 14. parte 19, & magis in specie Text. in cap. Cum inter vos de consuet. ibi - Nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, dirumpretur nervus ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.**

Accidit quoque obstaculum sac. Concilii Trident. sess. 25 cap. 20 de Regular. cui inhæret Constitutio Innocentii X. & ubi in concernentibus disciplinam regularem tota Jurisdictio tribuitur Superioribus regularibus, sicut decreta Concilii habent decretum irritans, ita contra illorum dispositionem nulla attenditur consuetudo, sicut firmavit *Rot. decis. 192 nu. 10. parte 18. Garz. de benef. parte 5 cap. 2. num. 345 Pignat. consult. 32 nu. 1. & 9. tom. 8 & Rot. in Novarien. Parochialis loci Cisti super mutatione 27 Januarii 1710 §. finali coram Eminentissimo Scotto, cujus exemplum dedit Constitutio Innocentii X. quæ, non obstante consuetudine Commendatariorum, juxta quam posuerant manus in concernentibus regulam, & gubernium Monasticum, declaravit hoc imposterum non licere.*

Ex his superfluum remanet tertium Dubium - An, & cui Commendatarius hujusmodi jurisdictionem delegare valeat, si enim illam non habet, nec etiam delegare potest, sed in defectum Capituli Regularis, Jurisdictio in concernentibus observantiam regularem devoluta remanet ad Priorem Claustralem, qui succedit in locum Capituli in hac materia, quæ respicit regulas monasticas juxta doctrinam *Pelizar. in manual. tract. 4. cap. 4. nu. 117. Rota in d. Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706 §. Neque coram bon. mem. Kaunitz.*

Nam sicut juxta Constitutiones Ordinis in absentiam & defectum Abbatis regularis succedebat Prior in admissione Novitiorum ad professionem, ut in *Summis. nu. 47. & 48.* ita dum adest Commendatarius, qui est incapax Jurisdictionis in concernentibus regulam, dicitur abesse Abbas Regularis, & ideo juxta Constitutiones in ipso Priore consolidata remanet tota potestas in his, quæ concernunt Instituta regularia, ut tradunt à *Spiritu Sancto in direct. tit. de regim. Prælat. regul. tract. 4. dispus. 5. sect. 2. nu. 81. Peyrin. ad constit. Minim. ad constit. 4. Sixti V. §. 6 nu. 29. Bordon. tom. 2. resol. 78 nu. 40. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 3. nu. 9. Pasqualig. dec. 99 nu. 2.*

In quo assistit etiam Observantia, dum Commendatarius Antecessor, com alias delegasset jus admittendi Monachos ad Professionem Priorem Malmundariensem, deinde recognito errore revocavit & cassavit suam delegationem - *Volendo esse li. su. ditti*

detti Norviti Faccino un'altra volta li loro Voti di Professione nella nostra Chiesa di Starvelot, e nelle mani del nostro Priore di Starvelot - ut in Summ. nu. 19. hujusmodi enim retractatio, & recognitio Jurisdictionis Prioris facta per Commendatarium absque dubio declaravit ipsum non habuisse Jurisdictionem in concernentibus Regulam, sed eam spectavisse ad Priorem, Rota decis. 300. nu. 16. parte 12. recent. & in Derthusen jurisdictionis 6 februarii 1696. §. Tum etiam coram bon. mem. Pio, & in Carven. jurisdictionis super Territorio separato 13. Junii 1710. §. Et omibus coram Illustriss. Governatore Alme urbis, & in Burgen. jurium Parochialium 11. Decembris 1716. §. Quam veritatem, & decima Maii 1717. §. Quae juris determinatio coram eodem.

Quae omnia probant non habere Comendatarium jus delegandi Jurisdictionem in concernentibus regulam, quia ipse caret; verum discurrendo ex abundanti, & cum erroneo supposito, quod posset Commendatarius hujusmodi Jurisdictionem, quam non habet, delegare, indubitatum semper est, quod praeterire non potest Priorem Stabulensem, sed illi tenetur committere, & delegare hanc Jurisdictionem cum enim ipse Prior sit Praelatus major, & superior utriusque Monasterii, absurdissimum foret delegare Jurisdictionem Monacho inferiori, qui ita haberet sub se ipsum Priorem, & Praelatum, qui deberet obedire simplici Monacho seu alteri inferiori, per Text. in Canon. Inferior distinct. 21. & Canon. si quis distinct. 96. & dixit Rot. Gerunden. Jurisdictionis super jure privandi 12. Junii 1702. §. Capitulum, & in Gerunden. Portionis super manutentione 27. martii 1702. §. Et quod verè coram Emin. Cardin. Priolo. Praesertim cum iste Prior sit ille, qui habet Regimen, & Jurisdictionem in universum, Sede Abbatiali, seu Commenda vacante a Spiritui Sancto in direct. tit. de regim. Praelat. regular tractat. 4. disput. 5. sect. 2. nu. 81. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 18. nu. 12. & est Textus litterales in cap. 1. in fine, ne sede vacante. ibi - interim autem sub cura Prioris, idem Monasterium gubernetur - & propterea ista delegatio non potest alteri dari, quam Priori, in cujus dignitatis praesudicium non potest Commendatarius eligere Monachum inferiorem supra Praelatum, & Superiorem, ut bene Card. de Luca de praesminent. disc. 19. num. 11. & 12. Rota in Derthusen jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. Praesatis coram bon. mem. Pio.

Sed evidentiùs, quando ex Constitutionibus Ordinis in absentia Abbatis majoris Jurisdictio datur Priori Stabulensi in concernentibus Institutum regulare, Summ. nu. 47 & 48. unde delegatio fieri non potest contra formam datam in Constitutionibus, dum iste est casus, quod Jurisdictio pertinet ad Priorem quotiescumque; Commendatarius est absens, neque de per se implere potest, ut in similibus probant Gavant. in manual. in verbo Functiones Episcopales nu. 11. Barbof. de Canon. cap. 5. num. 43 & 46. Panimol. decis. 1. annot. 6. nu. 24. 39. & 40. Dominus Ursaya discept. Eccles. tomo 2. parte 1. discept. 20 nu. 6. & seq. & parte 2. discept. 2. nu. 70 & seq. & in praeculis terminis nostris firmavit Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 18. num. 12.

Quando enim facienda est Commissio Jurisdictionis, ea semper fieri debet Digniori, & Majori Monacho iuxta graduationem Officii & Dignitatis, cum semper Major sit praefertendus, Dominus Ursaya tomo 2. parte 1. discept. 20 nu. 9. Panimol. decis. 1. annot. 9. nu. 19. Tiraquel. de primogenit. in Praefatione nu. 175. cum repositum non sit in libera facultate Commendatarii saltare Majorem & praeferre Minorem, cum injuria, & praesudicio alterius, & contra Constitutiones, & Juris dispositionem qua in defectum primi, dat Jurisdictionem sequenti in Ordine, & Gradu, quia Delegatio exercenda est, pro ut de jure, & sine praesudicio alterius, qui ratione congruentiae, & Majoritatis Praelationem habet, Rota decis. 37 nu. 4. parte 9. recent. & in Bononien. Parochialis 6. Maii 1715. §. Retorqueri coram Eminentiss. Scotto, & in Subrina praecedentia 8. Maii 1716. §. Stabilito in fine, & §. Non videbatur coram R. P. D. Althann.

Ex quibus patet quod, vel Commendatarius non habet potestatem delegandi Jurisdictionem ipso jure transfusam in Priorem Claustralem, vel non potest eam delegare, nisi juxta Constitutiones eidem Priori Cui in defectum, seu absentiam Abbatis revolvitur Jurisdictio.

Quare &c.

F

ALLE-

ALLEGATIO JURIS

EMin. & Reverendis. Domine. Jurisdictionem in temporalibus, & spiritualibus de qua generaliter agitur in *primo dubio* non impugnat, nec controvertit nostrum Monasterium Stabulense competere Celsiss. Abbati Commendatario, quia in hac parte litteræ Apostolicæ super Commenda ejus favore expeditæ eidem committunt curam, regimen, & administrationem Monasteriorum in spiritualibus, & temporalibus. Quæ tamen Jurisdictio intelligenda est ac limitanda ad ea quæ concernunt bona, & personas subditas Abbatix, eo modo, quo illam exercent alii Abbates Commendatarii, ut plurimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quibus Bullæ sub simili formula, expediuntur, ut in *nostro Summ. nu. 28. & 29.* Sunt enim Abbates Commendatarii Custodes, Tutores, Defensores, & Administratores suarum Commendarum, & uti tales habent Jurisdictionem super personis & bonis ipsarum, ad instar Titularium, Beneficiatorum, & Prælatorum, & propterea dummodo illæsa & intacta remaneant favore nostri Monasterii Stabulensis, ejusq; Prioris ea, quæ spectant ad observantiam, & disciplinam regularem, ut infra, non controvertimus, quin in ordine ad dictum primum dubium declaretur competere Celsiss. Commendatario Jurisdictionem exerceri solitam ab aliis Commendatariis tam in temporalibus, quàm in spiritualibus, & de qua plenè agunt *Lexan. consult. 57 per tot. & signanter à nu. 20 & seq. & in appendic. num. 34 & ubi in specie examinatur importantiam verborum in spiritualibus & temporalibus, tomo 4. Rota in Nullius, seu Clareval. Vistationis 25. Junii 1706 s. pro rellè, & s. neque pro effugienda, & 21 Martii 1707, s. Nec Serenissimus cum seqq. coram bon. mem. Kaunitz.*

2 Momentum autem controversiæ consistit in secundo dubio videlicet- an Commendatario competat jurisdictio in respicientibus Instituta regularia, & regimen, seu gubernum Monasticum - quod sanè negativè, resolvendum videtur, quia sive attendatur dispositio Juris, sive recurratur ad rescripta Sacræ Congregationis, & Constitutiones Apostolicas, sive demùm ratio habeatur de inconcussa observantia per totum Orbem Catholicum, Commendatarii Abbatiarum Regularium nequaquam se ingerunt, aut ingerere possunt in his, quæ respiciunt Disciplinam regularem, & Instituta Monachorum, quæ privativè spectant ad Priorem Conventualem.

3 Et quidem de Jure communi, quia ad Prælaturam Regularem assumi non potest, qui non est in Regula instructus, non enim rationi convenit, ut homines professione dispares in unum socientur, *Clement. de elect. Nec quod aliis præficiatur qui subesse non novit Cap. cum in Magistrum de elect. & statuit Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 21. ibi - Regulares personæ ejusdem Ordinis expressè professæ, & quæ Gregi præire, & præesse possint præficiantur.* Et tradunt *Fagnan. in cap. edoceri nu. 2. de rescriptis & in cap. cum ad nostram nu. 1. & 2. de elect. Roderic. quest. reg. tom. 2. quest. 53 art. 9.* Et propterea licet Summi Pontifices ad providendum personis ecclesiasticis, ut ex fructibus Abbatix Regularis commodius sustentari valeant, adinvenerint viam Commendandi illis hujusmodi Abbatias, ut qui inhabiles sunt ad obtinenda beneficia in titulum, habiles efficerentur ad illa obtinenda per viam Commendæ, ut inquit *Fagnan. in dicto cap. ad nostram à nu. 4. ad 7. de elect.* tamen Commendatarii hujusmodi non sunt propriè Prælati, sed quasi Depositarii, nec inter Commendatarium & Ecclesiam contrahitur Matrimonium, sicuti inter Ecclesiam & Abbatem, *Geminian. conf. 8. n. 5. Fagnan. in cap. in Ecclesiis nu. 20 & 21 de Capel. Monachor. Lambertin. de jure patron. lib. 2. parte 1. art. 14 qu. 16 nu. 5. & 6. ubi quod Commendatarius nihil aliud habet in beneficio, quàm solam & simplicem Commendationem, Rota coram Cassador. dec. 32 à nu. 6. & seqq. ubi, quod licet Commendæ nostri temporis habeantur loco titularum, non tamen sunt veri tituli, nec Commendatarii habentur tanquàm titulares in omnibus *Blesnian. prax. benef. tit. de benef. in tit. & Commend. n. 28 & seq. ubi quod licet Commendæ æquiparentur titulo, sunt tamen quid diuersum, & distinctum ab eo cum aliud sit esse tale, & aliud haberi pro tali, & ei æquiparari, unum enim veritatem, & aliud fictionem præferret.**

Quam-

4 Quamobrem in materia exorbitanti, qualis dicitur illa, quod secularis præficiatur regularibus in his, quæ respiciunt disciplinam & observantiam regularem, ut inquit Innoc. III. in ca. dilectus 2. de Capel. Monach. ibi incongruum videbatur, ut Regulares secularibus supponantur. & concordant Can. placuit can. nemo can. de Monachis §. Si verò causis. qu. 1. ca. 1. & cap. cum causam de elect. Clem. Quia regulares de supplens neglig. Prælat. Inde fit, quod Commendatarii in hoc non possint æquiparari veris Abbatibus titularibus, nec eorum Jurisdictio extendi in Monachos, & in respicientibus regularia Instituta, pro ut ad terminos juris plenissime probat Lezan. consult. 57 per tot. & signanter nu. 18 & seq. Renat. Choppin. de sac. polit. lib. 2 tit. 8. nu. 13 & 26 & in monastic lib. 1 tit. 2 nu. 2 Ferrer. in addit. ad Guido. pap. dec. 559 Tambur. de jure Abbat. diff. 14 qu. 6 tit. 1 nu. 3. ibi secularis habens Monasterium in Commendam, non habet curam Conventus, nec Monachorum, sed ea tota est penes Priorem Conventualem & optime Rota in Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706 §. Neque pro effugienda cum seq. & 21 Martii 1707 §. quod secundum cum seq. coram bon. mem. Kaunitz.

5 Animadvertendo etiam quod hujus Commendæ sunt odiosæ, nec solent concedi à Summis Pontificibus, nisi ex causa valde honesta, & gravi propter maxima inconvenientia, quæ ex ipsis, ut plurimum sequuntur, ut habetur ex Concil. Lateranensi sub Leone X. sess. 19 Cujus verba refert Fagnan. in cap. cum ad nostram nu. 14 de elect. & advertunt Ferret. conf. 32 nu. 38 & seq. lib. 1 Ioan. Dartis de benef. sect. 6 cap. 8 vers. sed quæ res ad fin. A Cost. in decretal. ca. 5. G. & 13 vers. sed his tit. 5 lib. 3 Franc. Florent. ad lib. 1 decretal. tract. 7 de translat. super cap. 40 de elect. §. ad tempus, & seqq. Rebuff. in praxi benef. tit. de Commend. nu. 10 & seq. Matt. de Consistor. caus. sect. 16 nu. 44 & nu. 54. Et propterea strictè sunt intelligendæ, & Commendatiorum auctoritas supra Monachos, & Regulares, utpote odiosa restringi debet, ita ut nullatenus extendatur ad ea quæ concernunt observantiam seu disciplinam regularem, quæ semper censetur reservata Superiori Claustrali, tanquam præsumptivè in regulis Religionis magis versato, ut optime Lezan. dicta consult. 57, nu. 14 & tribus seqq. Rota in dicta Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706 §. Neque pro effugienda in fin. coram bon. mem. Kaunitz.

6 Ex qua ratione congruum, & utilius visum fuit Summis Pontificibus Monachos & Regulares ab Ordinatio Jurisdictione eximere, præcipue in his quæ respiciunt Regulam, illos subjiciendo immediatè correctioni suorum Superiorum Regularium, qui tanquam in regula magis instructi efficacius etiam providere possunt regulari observantiæ cap. ea quæ de stat. Monach. canon. non dicatis 12 qu. 1. cap. si quis Monachus, distin. 90 & cap. Monachi de senten. Excom. cum aliis apud Lezan. consult. 57 nu. 6. & seq. Rota in d. Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706 §. itidemque coram bon. mem. Kaunitz. Et magis præcisè ad rem nostram, Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis, licet sit caput, & loco Abbatis, & Monachi lo. Canonicorum, tamen non se ingerit in iis, quæ concernunt regularia Instituta, Gloss. final. in cap. Nullus vers. ut Episcopus etiam secularis de elect. in 6, ibique Ancaran. nu. 3. Franc. paniter nu. 3, vers. in gloss. final. Rota coram Coccin. dec. 157 nu. 1, & 2, ibi. Cum enim agatur de Ecclesia Cathedrali regulari Episcopus est caput, & loco Abbatis Monachorum, & loco Canonicorum. Et idem Episcopus etiam de jure communi, **EXCEPTIS IIS QUÆ CONCERNUNT REGULARIA INSTITUTA**, habet omnimodam jurisdictionem in Monachos Cathedralis regularis, & decis. 316 nu. 1. coram eodem Coccin. ibi Exceptis tantum iis, quæ concernunt regularia instituta - pari igitur, imò validiori ratione idem dicendum venit de Commendatariis, quia si Episcopi Ecclesiæ Cathedralis Regularis, qui sunt loco Abbatis, & fundatam habent intentionem de jure communi super omnimodam Jurisdictionem in sua Cathedrali, & tota Diocesi non possunt hujusmodi Jurisdictionem exercere in his, quæ respiciunt observantiam regularem, multò minus talem Jurisdictionem sibi arrogare poterunt Abbates Commendatarii, qui ut diximus, & supra probavimus, non sunt propriè Prælati argumento ducto, à majori ad minus, quod negativè sumptum in jure validissimum est, ut optime argumentatur Lezan. d. consult. 57 nu. 3, & sub nu. 10 Rota in dicta Nullius, seu Clareval. Visitationis §. itidemque in fin. coram bon. mem. Kaunitz.

7 Dispositioni Juris conformes sunt resolutiones sacrae Congregationis, & Constitutiones Apostolicae. In ordine enim ad resolutiones ita saepius respondit Sacra Congregatio, ut apud Nicol. floscul. verbo Commendatarius nu. 2. ibi - non se ingerat in disciplina regulari puta Superiores deponere, Officiales mutare, Monachos corrumpere, similibus, quae interdiciuntur in Constitutionibus Apostolicis - Et latius in alta apud eundem Nicol. ibi - Sacra Congregatio inharendo Privilegiis, ac Decreto Sac. Concilii Trid. sess. 25 cap. 20 nec non resolutionibus aliis desuper factis, habito etiam verbo cum SS. Domino Nostro declarat, decernit, ac statuit non licere Commendatariis Priores, Subprios, aut Officiales Claustrales instituere vel destituere, visitare Monachos, eosdemq; corrigere, multo minus ad professionem admittere, nec facultates eisdem in litteris Apostolicis concessas tollere, vel limitare, nec etiam quemquam propter delictum ejicere. Sed quotiescumque Monachi quid admitterint quod animadversione dignum sit id quamprimum Priori claustrali, vel Commissario significent, qui correctionem juxta Ordinis statuta faciat &c. Aliasque similes resolutiones refert idem Nicol. lucubration. canonic. lib. 3. tit. 39 de visitat. sub nu. 8. vers. sed Commentarius.

8 Idipsum decernitur per plures Constitutiones Apostolicas, nempe Pii IV, Gregorii XIII, S. Pii V. & Innocentii X. quarum ultima habetur penes Fagn. in ca. edoceri nu. 4. de rescript. in quibus expressè statuitur, Commendatarios licet in eorum litteris ejusdem plenarie committatur cura, regimen, & administratio Monasteriorum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, nullatenus tamen se ingerere posse in respicientibus Instituta regularia, ac visitatione, & correctione Monachorum, ut latius ibidem, quae potro Constitutiones licet emanatae pro Monasterio Ordinis Cisterciensium, vel Camaldulensium, servandas tamen esse generaliter ab omnibus Commendatariis observat, Fagn. in dicto cap. edoceri nu. 2. de rescript. Panimol. decis. 30 num. 18, Rota in dicta Nullius, seu Clareval. Visitationis 25 Junii 1706. s. neque pro effugienda, & s. finali, & 21 Martii 1707 s. Nec Serenissimus coram bon. mem. Kaunitz.

9 Inconcuſſa demum observantia idipsum confirmat, nam communis praxis contra Ecclesiam ea est, ut Commendatarii tamen si Sac. Romanae Ecclesiae Cardinales nullatenus se immisceant in regimine Monachorum, quo ad observantiam regularem, sed hoc totum relinquunt judicio & prudentiae Superiorum eorundem Monasteriorum, qui titulo Priorum, vel Proabbatum ea moderantur, & regunt, ut obvia exempla habemus in Eminentiss. Commendatariis Farfen, Clareval, Subiacen. Fossenovae, & similibus aliis, & per plura alia exempla comprobatur D. Causa Patronus in ejus informatione s. 20 & seq. Haec autem inconcuſſa praxis, & observantia optime declarat facultates eorundem Commendatariorum, quatenus etiam eorum Bullae subdubiae censerentur, ad Text. in leg. si de interpretatione ff. de legibus, & optime advertit, Lexan. dicta consultat. 57. nu. 20 Fagnan. cap. in Ecclesiis nu. 22. de Capell. Monachor. & in superius citatis Nullius, seu Clareval. Visitat. locis indicatis

10 Constabilito jam, quod non minus ex dispositione juris, quam ex decretis hujus Sacrae Congregationis, Constitutionibus Apostolicis & inconcuſſa praxi assistat nostro Monasterio regula exclusiva Jurisdictionis Celsiss. Commendatarii in concernentibus disciplinam regularem, reliquum nunc est, ut satisfaciamus objectis cum quibus Pars praetendit locum esse posse limitationi Regulae, quorum primam consistit in eo, quod non agatur de simplici Comendatario, sed de Abbate postulato, qui deo haberi debeat tanquam Abbas Regularis. Hoc autem objectum facile eliditur, advertendo quod postulatio nullum dat jus postulato, sed resolvitur in simplicem supplicationem, quae porrigitur Superiori, ut dispensando cum postulato illum praeficiat ex gratia, adeo ut in Superioris arbitrio sit concedere, vel denegare gratiam, cap. postulationem ibique, Ancharan. nu. 1. de postulat. & cap. unico eodem tit. in G. A Costa in decretal. lib. 1. tit. 5. vers. sed observandum, Valens. parasit. in jus canon. lib. 1. tit. 5. sub nu. 1. Franc. Florent. ad lib. 1. decretal. tit. 5. de postulat. s. Concurrunt autem Pirhing. in jus canon. lib. 2. tit. 5. nu. 2. Ioan. Dartsus de benef. sect. 6. cap. 2. vers. Est autem, Castellin. de elect. cap. 1. nu. 16. Cum autem Papa hujusmodi supplicationi nequaquam

quaquam annuerit, nec Celsissimum Adversarium præfecerit in Abbatem, sed illi tantum Abbatiam in Commendam concesserit, ex quo Sancta Sedes nunquam consuevit provisiones in titulum concedere personis diversi Instituti, nè caput sit diversum à membris, ut advertit *Card. de Luca in Miscellanea Ecclesiastica disc. 54. nu. 33.* Hinc hodie unice videndum est, quam Jurisdictionem importet concessio in Commendam, quam Sanctissimus largitus est, nulla tenus attenda postulatione Capituli, quia intrat Regula, quod non quid petitur, sed quid à Superiore concessum fuerit inspicere debet, *ad Text. in leg. maritus, Cod. de Procurat. Rota coram Bich. dec. 352. num. 12. cor. Cerr. decis. 459. num. 8. & 9.*

11 Parùm relevante, quod in Bulla Commendæ concedatur Celsiss. Adversario libera dispositio fructuum, eo modo quo disponebat Abbas Regularis, eidemq; committatur cura, regimen, & administratio Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus, injungendo Monachis, ut illi obedientiam & reverentiam præstent. Ista siquidem & solita formula omnium Commendarum, ut in nostro *Summ. nu. 26*, quæ tamen suam congruam recipit intelligentiam, ut nempe dispositio fructuum respiciat illos destinatos pro Mensa Abbatiali distinctos ab aliis Mensæ Conventualis. Administratio verò & regimen in temporalibus & spiritualibus concernit personas & bona ipsius Abbatiae Commendatæ adinstar titularium beneficiariorum, & Prælatorum, non vero in his, quæ spectant ad regularia Instituta, & gubernium Regularium, & demùm obedientia & reverentia, quam ergà Commendatarium exhibere debent Monachi, congruam recipiat interpretationem de illa reverentia & obedientia debita Commendatario ratione dignitatis personæ, non verò de illa, quæ debetur à Religioso ergà suum Superiorem Regularem, ut in puncto examinando omnes dictas clausulas probat *Lezan, dicta consultat. 57 nu. 22 & 23. & in appendic. nu. 34. & seq. Cardin. de Laurea in epito. canon. verbo Commenda, & verbo Monachi Canonicus in fine, quos refert & sequitur Rota in dicta Nullius, seu Clarevall. Visitat. 21. Martii 1707. §. nec Srenissimus, & §. major autem auctoritas coram bo. mem. Kaunitz.*

12 Ratio est, quia hujusmodi clausulæ generales operantur tantum quoad ea, quæ sunt expressa, & regulantur secundum naturam dispositionis, cui sunt adjectæ. Quamobrem cum in litteris Commendæ nullatenus exprimatur, quod Commendatarius præsit Regularibus quoad Regularia Instituta, nec Sancta Sedes unquam soleat dare Superiorem extraeum, & diversi Instituti, necessario consequitur, quod clausulæ hujusmodi congruam recipiant interpretationem conformem menti Pontificis, quæ est, ut Commendatarii sint veluti Tutores & Defensores Ecclesiarum, quæ illis commendantur; non verò ut se intromittant cum Regularibus in his, quæ spectant ad religiosa instituta, ut optime ratiocinatur *Lezan, dicta consult. 57. nu. 24 duobus seq. & nu. 35, & consonat Rota in dicta Nullius, seu Clarevall. Visitat. 25 Junii 1706. §. Neque, & duobus seq. & 21 Martii 1707. §. non obstante & trib. seq. coram bon. mem. Kaunitz.*

13 Paris irrelevantia est alterum objectum, quod nostrum Monasterium non sit de illis, quæ vivunt per modum Reipublicæ, seu Universitatis, sed regantur jure singulari, & de per se absque dependentia ab aliqua Congregatione Monastica, quocasu Abbas Commendatarius haberi debeat in omnibus loco Abbatis Regularis juxta distinctionem, quam laudat *Card. de Luca de Regul. discurs. 74 & in miscell. eccles. disc. 54.* id etiam confirmando cum antiqua resolutione *Sacræ Congregationis Concilii anni 1586.* relata apud *Gallemar. ad Concil. Trid. sess. 25 cap. 21. regular.* ubi dictum fuit, Jus admittendi Novitios spectare ad Commendatarios, si Monasteria non existant sub aliqua Congregatione habente Superiores Regulares.

14 Quoniam objectum non applicatur in facto, primò quia nostrum Monasterium habet suam Mensam separatam ab illa Abbatis Commendatarii, & rursus regitur à proprio Superiore Regulari contradistincto ab Abbate Commendatario, quo casu Commendatarius nequit se intromittere in disciplina regulari, quæ spectat ad nostrum Reverendiss. Priorem, qui est Superior Regularis, & in his terminis re-

torquetur Doctrina Card. de Luca in Miscell. Eccles. discurs. 54, dum admittit, quod ubi mentæ sunt distinctæ, & adest Superior Regularis, Commendatarius nullam exerceat jurisdictionem & auctoritatem cum Religiosis, ut videre est sub nu. 28. Et in istis quoque terminis intelligenda est antiqua resolutio Sacræ Congregationis, de qua etiam ex alio capite nulla hodie haberi potest ratio, dum post superventas Constitutiones Apostolicas moderatorias facultatum Commendatariorum, constans sensus ejusdem Sacræ Congregationis fuit, & est, quod iidem Commendatarii nullo modo intromittere se valeant in respicientibus regularem disciplinam, ut in resolutionibus suprâ allegatis.

15 Cessat secundo in facto omnis difficultas, quia nostrum Monasterium non solum habet mensam separatam ab illa Abbatis Commendatarii, & vivit sub Superiore Regulari, sed ulterius est aggregatum Congregationi Bursfeldensi Ordinis S. Benedicti viventi per modum Republicæ, & Universitatis sub suis Superioribus, & Prælatibus Regularibus, ut in nostro Summ. nu. 39. & factus est Celsiss. Adversarius in Bulla ejus Commendæ, ut in Summ. nu. 28 litt. D. Quam quidem Congregationem florere in Germania, & habere plusquam centum quinquaginta Monasteria testatur Capon. discept. 79. nu. 41. & de eadem quoque mentionem faciunt Card. de Luca de jurisdic. disc. 28. sub nu. 7. Rota coram Cerro dec. 584. sub num. 2. §. Quod insuper, adeo ut concurrentibus in nostro Monasterio omnibus iis requisitis, de quibus loquitur citatus Cardinal. de Luca, ejus doctrina mirabiliter foveat intentionem nostram, ut in eodem discurs. 54. Miscell. Eccles. sub num. 26.

16 Ad rem non faciente, quod in nostris Monasteriis non adsit Abbas Regularis quia id contingit, ex quo nostra Monasteria non sunt perpetuo commendata, sed ad vitam Abbatis, quo defuncto possunt per Capitulum reduci ad statum Regularitatis, & de cætero cum noster Reverendiss. Prior canonicè per scrutinium eligatur ad vitam, in defectum Abbatis Regularis habetur tanquam caput, & primus Superior Monasterii, & Jurisdictionem exercet auctoritate sua ordinaria non autem delegata ab Abbate per Text. in cap. Cum ad Monasterium versic. Prior de stat. Monach. Tambur. de jure Abbat. tom. 2. disp. 1. qu. 4. nu. 4. & 5. & in subjecta materia Monasterii commendati, quod Jurisdictio in Monachos spectet ad Priorem exclusivè ad Commendatarium firmat Card. de Luca miscel. eccles. dicto discurs. 54. num. 26, & dicit Sac. Congr. Concil. apud Nicol. floscul. verbo Commendatarius sub num. 2.

17 Remaneret respondendum contrariæ suppositæ observantiæ, sed huic muneri optimè ac plenè in facto satisfacit D. Causæ Patronus in ejus informatione à §. 30 usque ad 45, ad quam idèo sat est remissivè se habere, supplicando tantum animadvertere, quod adversus Decreta Concilii, & Constitutiones Apostolicas munitas clausula sublata, & Decreto irritanti non admittitur observantia contraria, cum actus contrarii nullam dent possessionem aptam inducere præscriptionem, ut omnis generalibus in specie respondit Rota in dicta Nullius, seu Clareval. Visitation. super maintenance 21. Martii 1707. §. quia in ordine coram bon. mem. Kaunitz.

18 Firma itaque ex his stante regula, quod Commendatarius nullam habeat jurisdictionem, quoad disciplinam regularem, & Monasticum gubernium, superfluum est querere, an possit illam delegare, ut in tertio dubio, quia nemo dato potest, quod non habet. Et nihilominus ubi per impossibile talis jurisdictio illi competere quod constanter negamus, tali casu respondendum foret dicto tertio dubio negativè, quia in defectum vel absentiam Abbatis jure suo succedit Prior Clausstralis in exercitio illius Jurisdictionis, quæ spectaret ad Abbatem sine ulla delegatione, & ratione proprii officii, per Text. in cap. cum ad monasterium §. Prior autem ibiq. scribentes de stat. monach. & in Clementina pri. na. s. si qui verò eodem titulo ibiq. Lap. Abbatibus tit. 10. cap. 1. nu. 9. in fine, Zabarell. ibid. verbo Abbate nu. 1. & seqq. van Espin in jus canon. tit. 1. tit. 31. cap. 2. nu. 1. Victorin. Mans. de mod. proced. in caus. regul. cap. 2. sub nu. 4. Ioan. Trull. de Canon. regul. lib. 2. cap. 17. in fine, Tambur. de jure Abbat. tomo 2. disput. 1. quest. 4. num. 5. ubi, quod ita communiter observetur in omnibus ferè Religionibus, & signanter in Congregatione Casinen. ex cap. 65. Constit.

Quam-

19 Quamobrem ubi ad sensum Partis Commendatarius subrogaretur loco Abbatis Regularis, non posset sanè majorem Jurisdictionem in Gubernio Monastico prætere, quam haberet ipse Abbas regularis, ideoq; sicuti ille non potest in absentia delegare Jurisdictionem, in qua jure suo subintrat Prior, ita nec illam delegare potest Commendatarius in locum Abbatis subrogatus ad regulam, *Text. in leg. si eum §. Qui injuriarum ff. si quis caut. Gratian. discept. 624 num. 10. & seqq. Rota coram Emerix jun. decis. 1088 num. 6. & decis. 1181 num. 30.*

20 Non omittendo etiam humillimè insinuare Eminentissimis PP. quod ubi Cellissimus Commendatarius posset Jurisdictionem hujusmodi delegare alteri Religioso, quam nostro Priori Stabulen. duo sequerentur maxima absurda, alterum nempe quia subverteretur Manastica Hyerarchia; Prior enim canonicè electus per scrutinium à Capitulo ad vitam, dicitur persona in dignitate constituta, & dignior super omnes alios Regulares, excepto Abbate, ut docent Ioan. Datus de benef. sect. 1. cap. 3. de divis. benef. litt. D. vers. jam verò, Tholosan. syntag. jur. part. 2, lib. 15 cap. 18 nu. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 33 num. 65 & seqq. Unde si delegatio Cellissimi Commendatarii caderet in alium Religiosum inferiorem, sequeretur monstruositas illa, quod membrum esset majus Capite, & major cogeretur obedire inferiori contra *Text. in leg. labeo tertia §. tametsi. & leg. seq. ff. de recept. arbit. & Can. deniq; & distin. 21 Archidiacon. in con. juxta 4 nu. 5. distin. 93 Gonzal. in cap. statumus nu. 1. & 7 de majorit. & obed. Rota coram Emerix jun. dec. 236 nu. 1, etiamsi vigore delegationis inferior dicatur repræsentare Abbatem Commendatarium superiorem, quia semper verum est, quod Prior propria fulget dignitate, delegatus verò aliena, nempe Abbatis, & in concursu semper magis honorandus est, qui propria coruscet dignitate, quam ille qui honorem ab alio mutuat, Ricc. in prax. resol. 137 nu. 1. part. 2 Gonzal. ad regul. 8 gloss. 5. §. nu. 103 Monet. de option. cap. 4. qu. 8. nu. 142 Saraun. de adjunct. qu. 29 num. 43, Rota coram Peni. decis. 314 sub num. 6.*

21 Alteram verò inconueniens, quod resultaret ex tali delegatione extra personam Prioris Stabulen. consistit in eo, quia Monachi Malmundar. facilè obtinere possent ab uno, vel altero ex Commendatariis delegationem dictæ Jurisdictionis, quemadmodum jam tentaverant, & extorserant à clar. mem. Commendatario Antecessore, & sic indirectè excuterent nativam illam subjectionem Monasterio & Priori Stabulen. quam tot Imperatorum, Summorum Pontificum, & Episcoporum Decretis, & Diplomatum confirmatam, miraculis etiam sustinuit Divus Remaclus Fundator, ut testimonium continuum perhibet Sacra Romana Ecclesia in officiis propriis Festorum Ecclesiæ, & Diocesis Leodien. in lect. 3. Nocturni festi S. Remaeli Episcopi Quod sanè speramus ab hac Sacra Congregatione nunquam permittendum fore.

Quare &c.

ALLEGATIO IN JURE, ET FACTO.

E Min. & Reverendiss. Domine. Agnoscens pars adversa, quod regula contra se urget, quodq; tam juris dispositio, quam Sac. Concilium Triden. quam etiam resolutiones hujus Sacre Congregationis disponunt uniformiter, quod Commendatarii Sæculares nullam habent Jurisdictionem in Monachos, quoad disciplinam regularem, & monasticum gubernium, totam spem defensionis reponit in ass. observantia, per quam præterdit fuisse præscriptam à Commendatariis Stabulen. talem regularem Jurisdictionem in nostris Monasteriis, sed debile videtur refugium quia ultra quod talis ass. observantia nullatenus probatur ut infra dicemus, semper remanet inepta & irrelevans ad inducendam præscriptionem contra jus, & multo magis contra dispositionem Sac. Concilii Triden. adversus quam præscribi non valet resubstitutibus *clausula sublata & decreto irritanti*, ut sine contradictione firmant *Card. de Luca de Regular. disc. 3. nu. 3. & 4, Rota coram Ludovis. decis. 162 nu. 9, & 15, cum aliis allegatis in informatione.*

2 Fortius quando ad compescendos abusus, qui in subjecta materia irrepserant,

emanavit, ultra alias præcedentes Bulla *san. mem. Innocentii X.* de anno 1654. in qua præcisè & litteraliter disponitur, & prohibetur, & quidem generaliter ne Commendatarii talem Jurisdictionem exercent in Monachos, & quoad Disciplinam regularem & in qua Summus Pontifex declarat ad talem sanctionem, & prohibitionem devenire ex dispositione Sac. Concilii Trident. & ex resolutionibus desuper emanatis ab hac Sacra Congregatione, quæq; proinde Bulla Apostolica emanavit per viam legis universalis, ut testatur *Fagnan. lib. 1. cap. edoceri de rescript sub nu. 4.* cumque habeat clausulam sublatam, & decretum irritans, etiam ipsa recens Bulla præsentem contrariam observantiam prosternit ex juribus mox allegatis.

3 Quinimò est adeò verum, ut dicta Bulla Innocentiana emanaverit per viam legis universalis, quod resolutio hujus Sac. Congregationis laudata in dicta Bulla loquitur generaliter de omnibus Commendatariis, & nititur dispositioni Concilii universaliter loquentis, ut patet ex dicta resolutione relatâ per *Nicol. in floscul. verbo Commendatarius nu. 2.* præsertim ex illis verbis - *declarat, decernit, & statuit non licet Commendatarius &c.* Unde intrat alia Regula, quod nunquam sit allegabilis consuetudo adversus similes resolutiones, & reformationes in materiâ Regularium, quia actus contrarii tanquam abusivi, & de directo contrarii Declarationibus factis à S. Sede, quoties advertuntur, sunt compescendi & revocandi, ut egregiè ad rem firmat *Card. de Luca de regular. disc. 2. nu. 3. 4. & seqq.* & ita nuper resolvit hæc Sacra Congregatio me scribenta in Sedunen. Observantiæ Constitutionum referente Eminent. D. meo Cardinali Tanara sub die 29. Aprilis, & 1. Julii proxime præteriti.

4 Neq; talem Regulam sic firmiter constabilitam declinare valet Celsissimus noster Commendatarius, vel ex qualitate Abbatis postulati, vel propter facultates speciales sibi concessas in litteris Apostolicis suæ Commendæ; Demonstravimus enim præventivè in informatione, quod postulatio ad hunc effectum nullum prorsus jura tribuit, & attendi debet sola concessio facta à Summo Pontifice in simplicem Commendam, ut ex §. 24 & seq. in litteris verò Apostolicis expeditis à Celsiss. Adversario nulla prorsus legitur facultas ei concessa, quæ non concedatur omnibus aliis Commendatariis, ut demonstravi in informatione §. 25 cum pluribus sequen. in quibus fuit præventivè responsum & probatum, quod omnes clausulæ & expressiones factæ in litteris Apostolicis Commendæ exadverso expeditis, non egrediuntur fines illius spiritualis Jurisdictionis spectantis cæteris Commendatariis, quæ nunquam se extendit ad gubernium, & Jurisdictionem regularem, & monasticam juxta declarationes factas ab hac Sac. Congregatione, & Constitutiones Apostolicas superius relatas.

5 Et ulterius in nostro Summ. nu. 29. dedimus plures Bullas pro similibus Commendis, tam in Italiâ, quam extrâ etiam pro S. R. E. Cardinalibus, quæ habent easdem prorsus clausulas ad amissim, prout ac Bulla hujus Commendæ data in eodem Summar. in præcedenti nu. 28 litt. D. Unde si ex eisdem litteris Apostolicis, eodem prorsus modo concessis talem monasticam Jurisdictionem non exercent, neq; prætendunt cæteri omnes Christiani Orbis Commendatarii, quamvis Principes, Episcopi Archiepiscopi, ac ETIAM CARDINALES, quomodo dici poterit quod Litteræ Apostolicæ eam tribuant Celsiss. nostro Commendatario? Quando præsertim illa verba; *Curam gubernium in spiritualibus & temporalibus, plenariè committendo*, quod non importent Jurisdictionem circa disciplinam regularem, & in Monachos litteraliter declaratur in dictâ Bullâ Innocentianâ, in quâ refertur quod Commendatarii ex illis verbis prætendebant talem exercere Jurisdictionem intrâ claustra, ibi: *Nihilominus iisdem Commendatarii passim &c. in vim litterarum Apostolicarum super eorum dem Monasteriorum Commendis expeditarum, in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio, tam in spiritualibus, quam temporalibus plenariè committitur prætendunt jus instituendi Priores, & Officiales, visitandi, corrigendi, statuendi, ordinandi & exercendi ea, quæ institutum regulare & inferius declaratur & sancitur, quod non obstantibus dd. verbis, Commendatariis non liceat se ingerere in concernentibus Disciplinam Regularem, & Monasticum Gubernium, ut ex dictâ Bullâ relatâ per*
Fagnan

Fagnan. loco superius allegato, sicque hæc sola Apostolica declaratio de se sufficit ad tollendum principale fundamentum partis adversæ innixum in concessione spiritualis Jurisdictionis.

6 Hinc frigescent prorsus auctoritates quæ in contrarium allegantur, quæ nec minus in eorum sensu loquuntur de Jurisdictione intrâ claustra, sed de illâ spirituali Jurisdictione, quæ competere solet Commendatariis, ut in specie loquitur *decis. in Leodien. Jurisdictionis coram Rondanino* allegata in contraria *facti* §. 1. *in fine*, ubi dicitur quod nostri Monachi sunt exempti ab ordinariâ Jurisdictione Episcopi, quia solius Abbatis Superioritatem recognoscunt, juxtâ verba dictæ Decisionis ibi transcripta quæ solum demonstrant Abbatem Comendatarium subrogatum loco Episcopi qui nullam habet Jurisdictionem circa Monasticum gubernium, ut est *text. in cap. 1. ne Sede vacante, & cap. nullus de elect. in 6. Rota coram Coccin. cum aliis allegat. in inf. nu. 16*

7 Minusq; subsistit pro limitatione dictæ Regulæ, quod nostra Monasteria vivant jure singulari sine Superioribus majoribus, quia probavimus illa esse aggregata Congregationi *Bursfeldensi*, non quidem per nudam communicationem privilegiorum, ut exadverso non bene supponitur, sed per effectivam incorporationem, etiam emittendo professionem juxtâ Institutum dictæ Congregationis, quam tam Monachi, qui in nostris Monasteriis aderant tempore Aggregationis, quam etiam omnes Novitii abinde citrà emiserant, *promittentes obedientiam Capitulo Annali, Congregationis prædictæ, & se submittentis Statutis, & statuendis ejusdem*, ut ex *Summ. nu. 40, & 41. & prædictæ, & se submittentis Statutis, & statuendis ejusdem*, ut ex *Summ. nu. 40, & 41. & de facto illius Superiores Majores semper exercuerunt Jurisdictionem circa disciplinam regularem in nostris Monasteriis deputando Visitatores, ac demandando correctionem ac reformationem circa regularem observantiam, ut in Summ. nu. 42*

8 Quod autem dicta Congregatio vivat per modum Reipublicæ, non potest controversi, nec quidquam dicit in contrarium *Laurent. à Dript in suo lib. ex adverso allegat. in §. 34 & relat. in Summ. nu. 30.* nam dictus Auctor in locis exadverso citatis firmat solum generalem superioritatem non esse penes aliquem particularem, videlicet penes solum Præsidem, vel Compræsidentem, aut unum ex Visitoribus, ita ut se solo, & sine consensu Definitorum & Compræsidentium, Præsidentis nihil statuere valeat, quod utique nos & fatemur, in casu verò, quo interveniat consensus Definitorii, vel sint congregati in Capitulo annali, quod regulariter servatur, omnem habent, & absolutam facultatem corrigendi, visitandi, statuendi, & tractandi de reformatione Ordinis, & observantiâ regulari, ut probat *dictus auctor in cap. 4. sue cautionis criminalis* cujus particulam damus in *Summar. præsentis nu. 1.* & hoc ipsum firmat *Card. de Luca exadverso laudatus in disc. 28 de jurisdictione*, ubi testatur quod licet adsint nonnulla Monasteria Ordinis *Bursfeldensis*, qui vivant jure singulari, at tamen pleraque insimul conveniunt & constituunt congregationem & Republicam cum Visitoribus & Superioribus Majoribus, adinstar Congregationis *Cassinensis*, cui etiam est unita, ut cum auctoritate & verbis transcriptis *dicti Cardin. de Luca demonstravi in mea informatione §. 33.* & huic Congregationi *Bursfeldensi* nostra Monasteria sunt aggregata & incorporata, *Sum. nu. 39 & litt. A.* & omnes Religiosi tam *Stabulenses*, quam *Malmundarien.* Capitulo annali dictæ Congregationis vovent obedientiam *Summ. nu. 40 & 41.* quod etiam admissum fuit in litteris *Commendæ exadverso expeditis ibi Ordinis Sancti Benedicti CONGREGATIONIS BURSFELEDENSIS Summario 28 litt. D. in principio.*

9 Cessat igitur in facto objectum contrarium, quod Regula non procedat in Monasteriis, quæ vivunt jure singulari, quia etiam illa resolutio Sac. Concil. de anno 1566, relata per *Gallebart.* & in contrariâ informatione §. 30. allegatâ loquitur conditionaliter - *si Monasteria non existant sub aliquâ Congregatione habente regulares Superiores* - licet in jure talis distinctio non habeatur, & sola auctoritas *Cardin. de Luca* non sufficiat, quando S. Concilium, Declarationes hujus Sac. Congregationis & Bullæ Apostolicæ loquuntur generaliter de quibuscumq; Monasteriis Comendatis, & suprad. resolutio Sacre Congregat. Concilii de anno 1566, emanavit in casu particulari longè diverso, quæ idè etiam si nostra Monasteria non existerent sub

Congregatione Bursfeldensi, & illius Capitulo annali, & Superioribus subiecta non posset constituere Regulam Generalem, prout successivè statuerunt tam resolutiones hujus sac. Congregationis, quàm Constitutiones Pontificiæ emanatæ per viam legis universalis, ut suprâ fuit firmatum, & latius probat in Jure D. meus Advocatus Pitonius in sua Juris §. *non obstant modo.*

10 His addimus recentem resolutionem S. Congregationis Concilii in casu valdè fortiori respectu Eminentiss. Cardinalis Pœnitentarii, quâ resolutum fuit non competere Jurisdictionem in Regulares pœnitentarios minores, licet separatim viventes, & sub ejus omnimodâ jurisdictione, & non obstante longæva consuetudine in contrarium, nec etiam obstantibus amplissimis facultatibus competentibus majori pœnitentiario, ut ex dubiis cum resolutionibus emanatis in dicta causa de anno 1714. *Summario hujus responsionis num. 2.*

11 Hactenùs demonstravimus quod Celsiss. noster Commendatarius tam de juris dispositione, & sac. Concilii Trident. quàm vigore litterarum suæ commendæ nullatenùs habeat prætentam Jurisdictionem quoad Disciplinam regularem, immò ei sit interdicta, superest modò ostendendum quam insubstans, & vanum sit eam prætere utpotè acquisita ex observantia & præscriptione, quamvis contrâ jus, ex actibus exadverso, cum magno & pomposo apparatu adductis, quique nec legitime probantur, neque relevant, prout nil prorsus concludit illa adeò magnificata resolutio Sac. Congre. consistorialis, quæ exadverso ad oportunitatem defensionis expenditur pro re judicata, quæque nil prorsus ad rem facit, ut infrâ ostendemus.

12 Et primo loco adversùs actus exadverso adductos, ad probandam talem observantiam repetimus semper protestationem quod non sunt in formâ probanti, & pleraq; sunt sine subscriptione & legalitate, & simplices copię, quæ nullum prorsus gradum probationis constituunt, cum in materia adeò gravi ad effectum probandi consuetudinem contrâ Jus, probationes debent esse omni exceptione majores, & concludentissimæ juxtâ notorias regulas allegatas in meâ facti, neque ullum robur acquirunt præfata informia Jura ex quo fuerint transmissa ad hanc Sac. Congregationem in relatione Reverendiss. Nuncii Colon. quia jam testatur dictus Dominus Nuncius, quod pro nostra parte fuit summo jure protestatum, quod Tribunal Nunciaturæ erat suspectum propter sententiam contrariam, & immaturè latam favore D. Abbatis Commendatarii, dictaq; jura fuerunt eidem Reverendiss. Nuncio transmissa ab ipsa parte adversa, neque dictus Reverendiss. Nuncius illa recognovit, nec compulsavit, ut patet ex dicta relatione *Summario nostro num. 25.*

13 Et nihilominus ad majorem confutationem dictæ prætentæ observantiæ non omittimus respondere, & ostendere quod nec minùs ex dd. Juribus informibus illa concluditur; quandoquidem pura & simplex judicatio quamplurimum actuum quam pars adversa vocat Catalogum datum in suo *Summ. nu. 1.* in nulla prorsus consideratione est habenda, quia non continet tenores actuum judicatorum, à nemine reperitur subscripta, & nescitur prorsus quis dd. actus figuravit, & supposuit adesse; Unde videtur prorsus irregulare, quod tali modo possit probari consuetudo & observantia contrâ Jus, quæ debet ostendi per documenta concludentissima, ut monet *Mascar. de prob. tit. 1. concl. 424 nu. 22. Rota dec. 28 nu. 27 1 par. 3 rec. cum aliis sapissimè*

14 Sublata dicta indicatione, quæ nil prorsus probat, descendendo ad actus particulares licet legitime non justificatos, illi nec in minimo relevant; duæ enim commissiones ad recipiendos Novitios, una de anno 1621. altera de anno 1660. exadverso datæ, in *contrario Summ. nu. 18.* non probantur effectuatæ, nullibiq; probantur, aut probari potest earundem commissionum vigore receptos fuisse Novitios, sicq; nihil concludunt ad intentum partis, quia etiam hodiernis temporibus Prior Malmundariensis extorserat similibus delegationem à Commendatario à Lotharingia, & postea ab eodem fuit revocata, ut in *nostro Summ. nu. 17. 18. & 19.*

15 Tres Visitationes, quæ dantur in *contrario Summ. nu. 19.* ultrâ quod sonant in simplicem recommendationem, ut observetur regularis disciplina, supplico observare, quod peractæ fuerunt in Monasterio adversario Malmundarien. & sic non sunt

sunt attendendæ in præjudicium superioris Monasterii Stabulen. ex eâ generali ratione adductâ & probata in informatione, quod scilicet Monachi Malmundar. tantumquam subjecti, potius desiderant se submittere Commendatario extero & absenti, quam stare sub Jurisdictione & obedientia regulari Prioris Stabulen. quam impugnant, & ex eadem responsione demonstratur irrelevantia deputationum in Priorem bis solum facta de annis 1587. & 1619. quia sunt de Prioribus Monasterii Malmundariensis, ut supplico recognoscere in contrario *Summ. nu. 20.* & ejusdem naturæ sunt quædam epistolæ scriptæ ad Priores Malmundarienses per Commendatarium, de quibus in contrario *Summario num. 22.*

16 Deputationes verò factæ à Commendatariis in Priores Stabulen. loquuntur de Vicario, & Locumtenente in spiritualibus & temporalibus, ut in dicto contrario *Summ. nu. 21.* & sic non egrediuntur delegationem illius Jurisdictionis spiritualis & temporalis, quæ competit Commendatariis; & in hoc notandum supplicamus, quod antiquitus Commendatarii Stabulen, prætendebant habere territorium separatum, ut videre est in *decisione 395 coram Emerix*, & in aliis coram eodem emanatis in eadem causa, unde ad exercendam Jurisdictionem in temporalibus & spiritualibus in eorum prætenso Territorio, deputare solebant Vicarium Generalem, cum amplis facultatibus, & ad comprobationem incontestabilis hujus veritatis, entæ rogamus observari, quod tales deputationes ex adverso dantur tantum usque ad annum 1684 d. nu. 21 in fine, quia successivè exortâ lite cum Episcopo Leodiensi, cum decisum fuerit, quod Commendatarii non haberent tale territorium separatum, ut ex *dictâ decis. 395 & 478 ac 958. coram dicto Emerix*, tales deputationes in Vicarium Generalem, amplius factæ non fuerunt à Commendatariis; id quod digito demonstrat quod respiciebant Jurisdictionem contentiosam ordinariam in subditos, non autem monasticam & regularem in Monachos, ut de se patet.

17 Ecce igitur ad quæ reducuntur acta, adeò ex adverso magnificata ad inducendam observantiam pro præscribenda Jurisdictione Commendatarii intrâ claustra, & in Monachos, quoad regularem disciplinam vetitam à jure, à Sacro Concilio, & à Constitutionib. Apostolicis; Nonne (*sit venia dicto*) adaptari oportune posset tanto apparatus desuper facto in contraria informatione illud vulgare adagium - *Parturiunt montes &c.* Ultra quod paucissimi hujusmodi actus, vel æquivoci, vel referibiles ad alium finem, vel procedentes ex facto Monasterii adversarii, vel etiam sequuti ex præpotentiâ Commendatariorum Magnatum, & Cardinalium sunt profus, & undique inepti ad inducendam consuetudinem, observantiam, & præscriptionem contra Jus, & multò magis contra Sac. Concilium, & Constitutiones Apostolicas habentes Decretum irritans, & clausulam sublata. ut per *Garz. de benef. parte 9. cap. 2. num. 345.* cum aliis superiùs allegatis.

18 Maximè quia in actibus seriis, & quando adfuit Contradictor, ipsi Commendatarii contrarium declararunt, ut habetur ex actibus relatis in nostro *Summ. num.*

19 *num. 39 litt. B. & C. & num. 45 & 46,* & præcipuus est ille revocationis factæ à Commendatario Principe Lotharingiæ immediato Antecessore delegationis ab eo factæ ad suasionem Prioris Malmundariensium in ejus personam pro recipiendis professionibus Novitiorum, declarando ad exonerationem propriæ conscientiæ dictam delegationem fuisse nullam & demandando, ut illi Novitii iterùm emitterent professionem in manibus nostri Prioris Stabulensis, ut ex *Summ. num. 19.*

19 Si enim in materia consuetudinis & observantiæ unicus actus contrarius sufficit ad illam destruendam ex *Theorica Bart. in l. semper in fin. ff. de regul. jur. Rota coram Ludovi. decis. 163 nu. 9. ibique adden. num. 15,* quid dicendum in nostro casu, quando plures concurrunt præ se ferentes confessionem ipsorum Commendatariorum in contrarium; ut benè ponderat *Rota coram Bich. decis. 562 num. 24.*

20 Validius etiam, quia urgenti in contrarium Visitationes Apostolicæ in quibus ea omnia, quæ respiciunt regularem observantiam, & monasticum gubernium imposita leguntur Priori, tantquam Superiori Regulari, nulla habita ratione Commendatarii, ut in *Summ. nu. 45;* ita ut etiam ista acta judicialia concurrant ad totalem

talem destructionem dictæ contrariæ suppositæ observantiæ, ut ad rem benè probat *Rota cor. Ludovis. d. decis. 163 in addit. nu. 15 & 16*, cum aliis mox allegatis.

21 Eiusdem tandem insubstantiæ & irrelevantiæ sunt cæteri actus extrinseci, qui ex adverso cumulantur ad comprobendam talem prætenfam observantiam, etenim Decretum Sac. Congregationis Consistorialis ex adverso datum in contrario *Summ. nu. 13* & adeò magnificatum, & expensum pro re iudicata, est prorsus extraneum à præsentis quæstione, dum nullum verbum facit de Jurisdictione, quoad monasticum Gubernium, & loquitur solum de administratione in spiritualibus, quæ expressè damnata fuerat in Bulla Commendæ; Cum enim ob minorilem ætatem dicti Principis à Lotharingia tempore Coadjutoriæ ei concessæ injunctum fuerit in litteris Apostolicis datis in contrario *Summ. nu. 6*, quod eveniente obitu Coadjuti, daretur ei Administrator durante minore ætate, & electus fuerit Religiosus Stabulensis Fr. Jacobus Goding à Summo Pontifice confirmatus, *contrario Summ. num. 11*, successivè pervento eodem Principe, & Commendatario ad ætatem 18. annorum; cupiens habere dictam administrationem, & desuper à Sancta Sede dispensari, emanavit dictum Decretum in Sac. Congregatione Consistoriali, ut posset ei concedi Coadministratio in spiritualibus unà cum Prioribus Monasteriorum, donec ad ætatem legitimam perveniret, *dicto Summario contrario num. 13*.

22 Sed talis administratio seu jurisdictio in spiritualibus alia non erat quàm illa in origine concessa in litteris Comendæ, & quæ conceditur omnibus aliis Commendatariis, ut patet ex litteris coadjutoriæ, *dicto contrario Summ. num. 6*, quæque nunquàm se extendit ad regularem disciplinam, ut jam declaravit hæc sacra Congregatio, & magis apertè Bulla Innocentiana superiùs relata; in modum ut si concessio originaria hujusmodi Administrationis in spiritualibus, non comprehendebat Monasticum Gubernium, certè quod sola dispensatio ad illam exercendam non obstante minori ætate eam tribuere profectò non poterat, ut de se patet.

23 Nec quidquam prorsus nocent illæ exceptiones datæ tunc sub nomine Priorum, & epistola scripta Eminentiss. Secretario status ex adverso datæ in contrario *Summ. nu. 4*, ultrà quod enim sunt informes & non communicatæ, si benè perpendantur, potiùs retorquentur, quia ibi constanter asseritur, quod Abbates Comendarii nunquàm se immiscuerunt circa disciplinam regularem; cum autem timerent quod illa Administratio in spiritualibus aliquod desuper inferre potuisset præjudicium, ideò reclamarunt ad præservanda Jura pro eorum Monasteriis, sed quia sacra Congregatio consistorialis optimè novit quod illa Jurisdictio seu Administratio in spiritualibus solita competere Comendatariis non respiciebat Monasticum Gubernium, sed solam collationem beneficiorum, & Jurisdictionem in Ecclesiis Abbatia earumq; subditos, ut jam diximus, & plenius resultat ex *dicta decis. 395. nu. 2. & seq. coram Emerix*; ideò confirmavit electionem Administratoris, & deinde dispensavit, quoad ætatem dicti Commendatarii, nec quicquam prorsus statuit quoad Jurisdictionem regularem, & Monasticum Gubernium, de quâ tunc non erat quæstio, ut legere supplico in contrario *Summ. num. 10 & 13*, & consequenter ista supposita res iudicata toties in contraria scriptura repetita de se corrui & evanescit; & de facto in hoc habemus superlativum documentum etiam judiciale, quod tollit quamcumq; difficultatem, quia cum quidam Religiosus Malmundarien. sine licentia Prioris dividisset dictum P. Goding Administratorem Stabulen. loco Commendatarii à Lotharingia, ad reclamationem Prioris, Reverendis. Nuntius Coloniensis præcepit dicto Administratori, ut remitteret dictum Religiosum suo Superiori regulari, ad quem declaravit spectare jus corrigendi juxta Regulam absq; ullo recurfu ad Administratorem, ut habetur ex *Summario hujus responsionis num. 3*.

24 Procedendo etiam ad demonstrandam insubstantiam aliorum actuum, cavendum venit à Bulla Coadjutoriæ Stabul. pro Christophoro de Manderfcheit, de anno 1542. data in contrario *Summ. nu. 2*. dum in ea, nimis succinctè data ponuntur illa verba - *Teque in Abbatem præficimus* - quæ referri debent non ad Commendam, quæ concedebatur in Coadjutoriam, sed ad collationem in titulum, quæ à Pontifici.

Pontifice in eadem Bulla concessa fuit dicto Coadjutori qui sponderat habitum regularem suscipere, ut clarius habetur ex eadem Bulla data in nostro *Summ. nu. 36 præsentis sub litt. B.* imò ex diverso modo, quo in dicta Bulla concessa fuit Jurisdictio Commendatario, & Abbati Regulari, clarum redditur quod ea non competit circa Monasticum gubernium ut in specie loquendo de dicta Bulla firmavit in *inform. §. 22.*

25 Litteræ Apostolicæ hujus Comendæ expeditæ à Comendatariis pro tempore datæ in contrario *Summ. à nu. 3 ad 7.* continent solitam formulam cum qua similes litteræ expediuntur pro aliis Comendatariis Sublacen. & similibus, qui etiam Cardinales talem Jurisdictionem intra claustra non prætendunt, neque exercent, ut in nostro *Summ. nu. 29.* provisionalis verò administratio concessa Episcopo Leod. postulato à Cardin. Morono Legato de anno 1576. data in contrario *Summ. nu. 8.* certè quod nullam majorem poterit dare Jurisdictionem quam Summus Pontifex concedere solet omnibus similibus Comendatariis Stabu. in literis Comendæ, ut de se patet

26 Juramentum autem præstari solitum à Comendatariis mutilatè datum in contrario *Summ. nu. 15.* solum dicit: *Religionem & reformationem juxta regulam S. Benedicti conservaturum*, non autem dicit: *observaturum*, & sic solum jurat conservare & defendere Religionem juxta regulam S. Benedicti, quod nil concludit ad incrementum partis; imò ex dicto juramento per extensum dato in *Summ. hujus responsionis nu. 4.* patet quod juravit esse fidelis PRIORIBUS, & ipsorum Jurisdictiones defendere, & manutenere, unde recognovit Jurisdictionem Prioris, quæ aita esse non potest quàm in Monachos, & circa Regularem Disciplinam.

27 Nec pariter obstat epistola nostri Prioris scripta de anno 1693. in ipso initio sui Prioratus, tempore quo nullam adhuc informationem habebat de statu sui Monasterii; illa enim scripta fuit ad alium finem, & recognoscitur erronea, ibiq; loquitur præsuppositivè ad Jurisdictionem quam prætendebat Comendatarius, neq; exinde resultat neq; resultare potest in favorem Comendatarii illa Jurisdictio quæ de jure & non competit, quamq; Sac. Concilium & Apostolicæ constitutiones prohibent; & de facto cum ipse noster Prior statim recognoverit, quod talis Jurisdictio non compererat. eam semper abinde citrà per spatium 25. annorum à quibus sustinet munus Prioris Stabulen. eam impugnavit, illamq; jure proprio de se exercuit circa monasticum gubernium, nec ex adverso datur minimus actus jurisdictionalis, quoad regularia exercitus à Comendatariis, tempore sui Prioratus; Quinimò cum de anno 1713. successisset illa delegatio in Priorem Malmundarien. pro recipiendis professionibus, statim reclamavit, & nunquam quievit donec ostensis Juribus sui officii, ac propriæ Jurisdictionis circa Instituta regularia, obtinuit ab eodem Comendatario à Lotharingia revocationem dictæ delegationis, & recognitionem & canonizationem propriæ Jurisdictionis, ut in *Summ. nu. 17. 18 & 19;* & consequenter in hac materia Jurisdictionis, quæ concedi solum debet à jure, vel à S. Sede non autem à privato, dicta ultronea & erronea confessio, etiamsi talis dici potest successive tamen semper impugnata nullum prorsus Jus Celsissimo Adversario tribuere valet ex regulis notoriis.

28 Similiter declarationes factæ à Monachis Malmundar. non efficiunt, quia illi non possunt dare Præsuli sæculari Jurisdictionem in Regularibus Priori debitam, à jure, à S. Concilio & à Constitutione Apostolicis; Tum etiam quia jam demonstravimus, quod dicti Malmundar. nati subditi Monasterii Stabulen. ægrè ferentes dictam subiectionem, potius optant stare sub jurisdictione Comendatarii semper absentis, quàm sub obedientia Prioris Stabulensis Superioris Regularis, & ex eadem causa non est attendenda similis declaratio facta à sex Monachis Stabulen. quia illi sunt rebelles proprii Monasterii, & cum fuerint à Celsif. Comendatario gratificati & aliqui eorum ad munera sæcularia ab ipso assumpti, adhærent ejus instantiæ, quia si obtinere posset prætentam jurisdictionem, majora sperant in proprium commo- dum, & in præjudicium proprii Superioris Regularis.

29 Quod autem noster Prior Stabulen. sit amovibilis ad nutum Comendatarii ut dicitur in *contraria facti §. 37.* quam sic insubstans patet ex sententiâ lata ab E-
I
minem

minentiff. Cardin. Piazza, tunc Nuntio Colon. confirmata ab Eminentiff. Bussio Nuntio successore data in *hujus responsionis Summ. nu. 5.* Cum enim ille Pater Goding Administrator electus tempore minoris ætatis Principis Lotharingæ statim prætere cœperit a motionem proprii Superioris Regularis, nempe hujus nostri Prioris Stabulen. re deducta coram dicto Emin. Piazza in Visitatione dicti Monasterii, emanavit sententia ei, & adherentibus contraria, quæ fuit confirmata ab Eminen. Bussio successore, ubi declaratur Priorem Stabulen. tanquam electum ad vitam *juxta Text. in cap. Monach. de stat. Monach.* non posse removeri sine legitima causa, eamq; in dicto nostro Priore non concurrere, ut dicta sententia, *Summ. dicto nu. 4.* Unde videant Eminentiff. PP. quam sint insubsistentia fundamenta contrariæ defensionis & quam sint inepta ad destruendam Regulam nobis assistentem, ut in proposito advertit *Rota decis. 395. num. coram Emerix cum alijs in ea allegatis.*

30 Quo ad tertium dubium nulla occurrit Responsio, quia jam præventivè diximus in informatione, quod etiamsi per impossibile dici posset, quod Cómendatarius considerandus foret tanquam Abbas Regularis, nihilominus Jurisdictionem in Monachos quoad regularia Instituta, vel non valet delegare, vel debet delegationem facere in immediatum Superiorem qualis est Prior canonicè electus, qui tanquam Vicarius natus, & vices gerens, habet delegationem à Jure ex sola absentia Abbatis ut in puncto egregiè docet in sua Sede, *Pelizar. manual. regular. tract. 4. cap. 4. tit. de obed. nu. 117.* & latius firmatur in nostris scripturis Juris, ad quæ in reliquis remissivè me habeo.

Quare &c.

REPLICATIO FACTI.

EMin. & Reverendiff. Dne. Quamvis in contrario restrictu Responsionis dicatur quod plura adsint Monasteria, quæ vivunt jure singulari, præsertim in Germania & in alijs Regionibus, & ista ut plurimum sint Commendata, nihilominus non allegatur ex adverso, & quidem allegari non valet exemplum, quod in toto Orbe Christiano unus Cómendatarius actu exerceat prætentam ex adverso Jurisdictionem in Monachos in iis quæ concernunt regularem disciplinam, præsertim post Declarationes emissas per viam legis ab hac sacra Congregatione, & ab altera S. Concilii Trident. & post emanatas Bullas Apostolicas scilicet, me, Gregorii XV. Innocentii X. quæ loquuntur indistinctè quoad omnes Regulares, quoties vivunt in observantia, & sub suis Superioribus canonicè electis, sive sint Generalibus, sive Abbatibus, sive Prioribus, & sic distinctio quam facit *Card. de Luca disc. 54 in Miscel. eccl. nu. 28 & 29* non fuit acceptata, neq; usu recepta, neq; unquam attentata à Tribunalibus S. Sedis.

Et hoc est adeò verum, ut licet R. P. D. Petra ex adverso allegatus in suo tractatu *de sac. Pœnitentiariâ parte 1. cap. 15.* reassumendo dictam distinctionem *Card. de Luca* circa Cómendatarios exinde crediderit fortiori Jure firmare similem Jurisdictionem quoad Emin. Majorem Pœnitentiarium quoad illos Regulares selectos pro servicio Pœnitentiariæ, & in Collegio jure singulari viventes sub obedientiâ, & Jurisdictione Majoris Pœnitentiarum, ut refert *dictus R. P. D. Petra in dicto cap. 15.* ex adverso allegato, cujus titulus est, *ibi. Cap. XV. comprobatur in specie Cardin. Majoris Pœnitentiarum Jurisdictio in minores Pœnitentiarum in omnibus etiam spectantibus ad Regularia Instituta, privativè quoad Superiores Regulares.*

Nihilominus, ut præventivè indicavi in mea responsione Facti, hujusmodi controversia delata ad Sac. Congregat. Concilii de anno 1714. in acerrimo contradictorio, & tempore quo *dictus R. P. D. Petra* erat Secretarius dictæ Congregationis ad dubium inter cætera propositum, an Cura, Gubernium, Visitatio & correctio ad Regularium, viventium in Collegio Pœnitentiariæ spectaret ad Priorem regularem illius Ordinis, vel ad Emin. Majorem Pœnitentiarium, dicta Sac. Congregatio respondit sub die 15. Decembris 1714. *speclare ad Superiorem regularem in iis, quæ concernunt observantiam regular.* ut probavi in *Summ. additionali d. meæ responsion. n. 2*

Et tamen illi pauci Religiosi vocati Pœnitentiarum minores, ut notorium est, vivunt singulariter in particulari Collegio Pœnitentiariæ ex proprio assignamento, non autem expensis Religionis, & tanquam assumpti à Summo Pontifice ad dictum par-

particulare munus sub curâ & Jurisdictione Majoris Pœnitentiarîi semper ex præstantioribus S. R. E. Cardinalibus sunt segregati à corpore Religionis, & emancipati ab obedientia eorum Superioris regularis ut testatur idem R. P. D. Petra ex adverso laudatus, in dicto cap. xv. sub nu. 9. ibi n. q. circa minorum Pœnitentiariorum mores, & communem vite consuetudinem curam gerere debent, (nempe Superiores) quia penitus segregati dicuntur à corpore Religionis, & à regulari familia. & inferius sub num. 33. ibi vel tandem ad evidentiam hujusmodi objectio in nostris terminis excluditur ex supra notatis quod minores Pœnitentiarîi ab ipso Summo Pontifice assumantur per organum Majoris Pœnitentiarîi, quapropter omnem pactum sibi vindicat in hujusmodi promotione major illa vis Pontificia, quâ alteratur status obedientiæ & regularis abstruitur, & emancipatur à Sulligionibus Regularibus.

Unde si pro paucis Regularibus viventibus in separato Collegio & propriis sump- tibus, Jure singulari, applicatis ad speciale munus apostolicum, alienis à quocumque officio Religionis, imò segregatis ab illius corpore & emancipatis auctoritate apo- stolicâ ab obedientia Superioris, & positis sub obedientiâ & jurisdictione Majoris Pœnitentiarîi S. R. E. Cardinalis, sub oculis Papæ, itaut merito dici posset sub im- mediata obedientia & Jurisdictione ejusdem Summi Pontificis per organum dicti Cardin. Pœnitentiarîi, ob amplissimas & notorias facultates Emin. Majoris Pœni- tentiarîi, adhuc decisum fuit re formiter examinâtâ, quod in omnibus subiaceant quidem Majori Pœnitentiarîo, præter ea quæ concernunt regularem observantiam, ex illa originaria, evangelica, & universali ratione à priori, quod caput non debet esse diversum à membris, ut ex text. in cap. cum causa de elect. optimè advertit *Lexxana allegat. consultas, 57. num. 19.*

Quid dicendum quæso erit de nostris Monasteriis viventibus in omnimodâ regu- lari disciplinâ sub suis Superioribus regularibus canonicè electis cum numero Reli- giosorum adeò magno constituentibus de per se sufficientem Rempublicam, & con- gregationem cum subditis, & mensa separata, & agitur de excludendo à Monastico Gubernio non Cardinali, aut ipso summo Pontifice, sed simplici clerico sæculari, dum quandoq; fuit electus in Cômendatariatum nostrorum Monasteriorum simplex clericus primæ tonsuræ in ætate xi. annorum, semperq; Cômendatariatus sunt absen- tes, & disciplinam regularem nesciunt, neq; ei valent incumbere, & remedium ex- adverso insinuatim delegandi unum ex Monachis, vel illius operâ utendi, est pro- ductivum mille malorum, quia ansam præbet ut Monachi abhorreant obedientiam sui naturalis Superioris sub clypeo recurrenti à Cômendatariatum, ut habetur ex nostro Summ. responsion. nu. 3. & 5. non sinant omnibus mediis juxta oportunitatem temporum tentare de membro & subdito esse Caput, & superior mediante delega- tione & per medium ministrorum illius Cômendatarii pro tempore exteri, lon- ginq; & ad majora sui Principatus intenti, & uno verbo pervertitur & confun- ditur rectus ordo monasticus, & disciplina regularis collabescit.

Et ideo Sac. Congregationes tanquàm oracula Sedis Apostolicæ nunquàm per- mittere voluerunt hanc commixtionem Præbyteri sæcularis quacumq; dignitate suffulti cum Monachis, & circa regularem observantiam, sed perpetuò voluerunt, & statuerunt, quod Religiosi quoad observantiam & disciplinam regularem subint- eorum Superioribus, juxta legem evangelicam; Unde si omnes Cômendatarii to- tius orbis licet Principes Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales etiam postulati, non habent neq; prætendunt talem Jurisdictionem monasticam, & si in toto orbe non invenitur exemplum quod exerceatur per aliquem Cômendatarium, licet in par- tis Monasteriis quomodocumq; vivant, ut de universali observantia testatur *Lex- xana consultas, 57 nu. 20.* cuius verba fas sit repetere ibi. *Rem totam evincit communis praxis totius Ecclesie per orbem diffusæ, quæ est, quod ipsi Cômendatarii non se intromittant in iis, quæ concernunt regularem observantiam Monachorum.* Certè quod torquet intellec- tum hæc moderna prætentio quoad nostra Monasteria adeò insignia, commendata à S. Sede cum eademet prorsus formula Bullæ cum qua concedantur cæteræ om- nes Cômendæ, quæ ideo tanquàm excitata à contrario Monasterio Malmunda- rienti

riensi, venit omninò repellenda longè majori facilitate, qua rejecta fuit similis prætentio Majoris Pœnitentiarum, in suprâ relato casu.

Hinc non esset opus replicare contrariæ responsioni circâ aggregationem nostrorum Monasteriorum ad Congregationem Bursfeldens. sed nihilominus constanter repetimus non esse meram communicationem Privilegiorum, sed veram incorporationem cum professione monastica juxtâ illius Instituta, & cum exercitio superioritatis & jurisdictionis, ut habetur ex *Summ. nu. 39. 40, 41, & 42.* in quorum comprobationem damus in calce litteras testimoniales Reverendis. Præsidis Generalis dictæ Congr. in quâ testatur nostra Monasteria connumerari inter primas Abbantias dictæ Congregat. *esseq; illi incorporata & perpetuo unita ut in dicto Summ. n. unico in calce*

Quod autem Congregatio Bursfeldensis vivat more Republicæ non potest, nec debet controversi, quia in hoc testatur idem *Card. de Luca ex adverso laudatus in disc. 18. de jurisd. sub nu. 7. ubi illam assimilat Congregationi Casimensi, & quod nostra Congregatio sit incorporata corpori dictæ Congreg. ultra probata in Summ. in num. suprâ dictis, fatetur etiam ipse Celsissim. noster Commendatarius in principio suæ Bullæ ubi vocat nostra Monasteria *Ordinis S. Benedicti Congr. Bursfelden, Sum. n. 28 lit. D.**

Recurrere autem ad observantiam, est vanitas politica quando resistit sac. Concilium, & Constitutiones apostolicæ, dum adversus in illis sancita non valet induci consuetudo, neq; præscribi, ut late probavimus in nostris informationibus, & est materia plana quæ non habet contradictorem; Ultra quod nos habemus specialem declarationem, seu reformationem hujus sacre Congregationis relatæ per *Nicol. in floscul. & per Fagna. cumq; per actus qui adducuntur licet pauci leves, inepti, & legitime non probati sint antiqui, & longè ante dictam declarationem sine ullo dubio remanserunt per illam abrogati, ut bene ponderat in subjecta materia Cardinalis de Luca de Regular. discurs. 2. num. 23. & sequent.*

Quoties verò post dictam generalem reformationem, aliqui actus adessent licet non concurrant circâ substantiam monastici gubernii, nec minus essent allegabiles, tanquàm ab illa prohibiti; præcipuè quando modernus status urget in contrarium, dum à 30. annis citrà supplico ponderare quod non datur minimus actus hujus prætentæ exercitæ jurisdictionis quoad regularia Instituta, quinimò concurrunt actus contrarii, ac judiciales revocationes eorum quæ circâ monasticum gubernium facerentur Comendatarii, ut demonstravimus in *Summ. addit. respons. nu. 3 & 5*

Quibus additur factum ipsum Comendatari immediati Antecessoris, qui revocando illam delegationem ab eo erroneè factam in personam Prioris Malmundar. canonizavit Jurisdictionem absolutam nostri Prioris Stabulen. ut in *Summ. nu. 19 & in hoc vere ingeniosa, & subtilis, sed prorsus irrelevans est responsio quæ ex adverso datur in contrario restrictu responsionis § 31. quod scilicet, cum in dicta revocatione dict. Comendatarius mandaverit fieri novas professiones in manibus Prioris Stabulen. exercuerit in eodem actu Jurisdictionem regularem, variando solum personam à Priore Malmundar. in Priorem Stabulen. quia objectum procederet, si d. Comendatarius solum immutasset delegationem unius personæ ad aliam, sed ipsam declaravit irregularem, & nullam delegationem à se factam, & consequenter nullas professiones vigore illius emissas, tollendo de medio dictum actum præjudiciale Jurisdictioni Monasticæ Superioris regularis, declaravitq; in exoneratione suæ conscientiæ, post recognitam veritatem, & incompetentiam suæ Jurisdictionis quod professiones emittendæ erant in manibus Prioris Stabulen. quem ad talem effectum non delegavit, agnoscendo & canonizando illius Jus proprium & nativum tanquàm legitimi Superioris regularis, quem uti talem certe canonizavit, quoribus credidit eum capacem admittendi professiones, & stipulandi incorporationem Novitii, nomine totius Ordinis, ut bene ad propositum ponderant *Donas. in prax qu. Regul. nu. 4 tract. 5. de Regal. nu. 95. Barbos. ad Concil. Trident. sess. 25 cap. 5. de Regul. Pellizar. Manual. Regular. tit. de profess. Relig. tract. 3. cap. 3. nu. 9. & 10.**

Quidquid dicitur de sententia Reverendiss. Nuncii Colonien. seu potius illius D. Auditoris, in nulla est habenda consideratione, quia à dicta sententia pendet appellatio

latio in sacra Rotâ, unde ex dicta appellatione sententia præfata habenda est, ac si non emanasset, & consequitivè etiam nulla est habenda ratio de his omnibus quæ ad defensionem dictæ propriæ sententiæ scripsit dictus Reveren. Nuntius, ut appositè monet Ros. in dec. 356 nu. 8. cor. Merlin. & dec. 46 nu. 30 cor. Priolo cum aliis notorius.

Cæterum cavendum præcisè est à supposito dicti contrarii restrictus responsionis s. 16. ubi supponitur quod in Bulla Commendæ Celsiss. Cômendatarii detur facultas admittendi Novitios ad professionem, quia hoc nunquam legitur in dicta Bulla data in nostro Summ. nu. 28 litt. D. sicut cavendum venit à Summ. d. restrictus responsionis nu. 2. quia inibi posita exadverso fuit particula informationis contrariæ datæ in partibus, & registratæ in processu; Cum de cætero actus datus in dicto Summario responsionis num. primo, nil concludat, neque indigeat particulari requisitione.

Et consequenter in re tam clarâ toties declaratâ à Tribunalibus S. Sedis, pro certo speramus quod Celsiss. noster Cômendatarius, qui juravit in susceptione Commendæ, esse fidelis Prioribus, & eorum jurisdictiones manutenere Summ. nostræ responsionis nu. 4. recognitâ veritate quam ei exponere huc usque datum non fuerat nostro Priori, & è converso per Monachos Malmundarien. palliata fuit, & in contrarium figurata, suo summo zelo, & non satis laudatâ ingenuitate, & justiciâ imposterum potius erit Defensor Monasticæ Jurisdictionis in nostro Priore, sicuti est quoad bona temporalia eorundem Monasteriorum, ad quem solum effectum fuit in IN COMMENDATARIUM postulatus. Quare &c.

SUMMARIUM ADDITIONALE REPLICATIONIS.

Ægidius &c. Abbas Monasterii S. Pantaleonis Ordinis Sancti Benedicti, S. Unionis Bursfeldensis per Germaniam Præsidentis &c.

Num. un
Attestatio
Præsidi C
gregationis
Bursfelder
nostrum
nasterium
unum ex p
cipalibus
batia Con
gationis.

Cum nostræ sollicitudini quam gravissimè incumbat us nostræ Congregat. Bursfeldensis Abbatis testimonium perhibere &c. eorum quæ prædictæ Congregationis & Ordinis ornamento esse dignoscantur &c. Proinde sicut Principatus, libera, & exempta S. R. I. Abbatia Stabulans, à primæva sua fundatione fuit nobilissima in Germania, Abbatia &c. Vigore præsentium attestamur, & certificamus antefatam Abbatiam Stabulans &c. esse inter primarias nostræ Congreg. siue Unionis, seu Reformatio-nis Bursfeldensis inferioris Germaniæ Abbatias, necnon scientiarum &c. exactissimâq; Observantiæ regularis palestram &c. cum Sac. Congregat. nostræ omnimodâ satisfactione. Unde nos ex parte, & nomine totius Congregationis, protestamur de quibuscum-que attentatis, & attentandis contra dictæ Abbatie, uti d. Congr. incorporata, & in perpetuum unite, Jura & Prærogativas &c. in fidem &c. Coloniae 17. Junii 1674. Ægidius Abbas S. Pantaleonis Congregationis &c. Præsidentis.

RESTRICUS RESPONSIONIS JURIS.

Min. & Reverendis, Dne. Irrito conatu prætendunt DD. exadverso scribentes sustinere Cômendatarium habere Jurisdictionem etiam in concernentibus disciplinam regularem in Monasteriis sibi commendatis, quando probavimus, quod tam ex censura Sac. Canonum, quàm ex dispositione Sac. Concilii Trident. quàm ex resolutionibus Sac. Congregationis & Constitut. Apostolicis signanter sa. mem. Innocetii X. eosdem Cômendatarios fuisse constanter exclusos, ac declaratos prorsus extraneos ab his, quæ concernunt Regulas Monasticas, ipsosq; in hac parte ponere non posse falcem in messem alienam, ut ostendimus in utraq; ex nostris informationibus Juris, & liquet ex dicta Constitutione Innocentiana impressa apud Fagnan. in cap. edoceri sub num. 4. de rescript.

Nec obstat conclusio generalis firmata in contrario restrictu, quod Cômendatarii æquiparentur veris Prælatibus, ac Titularibus Ecclesiæ, & Monasterii. Siquidem aliud est, quod Cômendatarii æquiparentur, Prælatibus & Titularibus, aliud verò, quod sint veri Prælati & Titulares Monasterii, ut inquit Fagna. in cap. in Ecclesiis n. 20 & 21. de Capell. Monachor. Rota coram Cassad. decis. 32. à nu. 6. & seq. æquiparantur enim Prælatibus, quoad omnia jurisdictionalia, non tamen quoad ea, quæ non conveniunt Prælato sæculari seu Cômendatario, qualia sunt omnia ea quæ concernunt Instituta Regularia, ut in specie Lexan. consult. 57 nu. 23 tom. 4. cum aliis in

mea informatione §. 3. & 4. Minusq; attendi merentur Doctores in contrarium allegati, alii enim generaliter tantum firmiter Commendatarios habere Jurisdictionem in Monachos, sed non descendunt, nec dicunt, quod hujusmodi Jurisdictionem exercere possint circa Instituta Regularia, quæ non est proprie Jurisdictio, sed correctio domestica, & extrajudicialis, quæ nunquam transit in Prælatum sæcularem, sed semper censetur excepta juxta gloss. final. in cap. nullus vers. ut Episcopus etiam sæcul. de elect. in 6. ibiq; Ancar. & Franc. n. 3. Rot. cor. Coccin. dec. 157 n. 1 & 2 & dec. 316 n. 1.

Alii verò Doctores nempe Boer. Faber. & similes, si qui sunt alii, communiter reprobandur, veluti loquentes contra dispositionem Canonum, Concilii Trid. & Constitutionis Innocentianæ. Neq; idcirco judicandum est cum hisce Auctoribus Gallicis, qui scripserunt considerata tantum amplitudine Bullarum, quæ concedi solent hujusmodi Commendatariis, nulla habita consideratione ad declarationes S. Congregationis Concilii, & Constit. Apostolicas, limitantes hujusmodi facultates, quoad ea, quæ respiciunt Instituta regularia, adeo ut post superventas dict. declarationes apostolicas post habendi prorsus sint pauci Auctores contrarii, Maxime quia ultra auctoritatem S. Concilii & S. Sedis Apostolicæ communior etiam opinio Doctorum, quos allegavimus in nostris informationibus Juris, stat pro exclusione dictæ Jurisdictionis Commendatariorum in concernentibus observantiam regularem, & signanter eidem opinioni inhæret Sac. Rota in Nullius, seu Clarevall. Visitationis 25 Junii 1706. & 27. Martii 1707. coram bon mem. Kaunitz.

Et concurrat etiam inconcussa praxis, & universalis observantia totius Ecclesiæ, quod Commendatarii tamen S. R. E. Cardinales nullatenus se immisceant in regimine Monachorum quoad observantiam regularem, sed totum relinquunt iudicio & prudentiæ Superiorum Regularium, ut de hujusmodi observantia late *Lezan. dist. consul. 57 n. 20 & per tot. 4.* cujus sola lectura silere facit omnes auctorit. contrarias.

Hinc frustra insistitur in generalitate verborum, cum quibus concipi solent litterarum commendæ, super dispositione fructuum, commissione gubernii in spiritualibus & temporalibus, & reverentia, ac obedientia integrè præstanda Commendatariis super quibus se fundavit *Barbat. cons. 2.* & nonnulli alii Doctores allegati in contrario restrictu §. 6. & seq. Quoniam formula ista, quæ est communis omnibus litteris Commendatariorum, suam congruam à Jure recipit intelligentiam, quod scilicet dispositio fructuum respiciat illos destinatos pro Mensa Abbatiali, commissio verò gubernii in spiritualibus & temporalibus, necnon reverentia & obedientia ergà Commendatarium procedat in omnibus aliis, præterquam in respicientibus observantiam regularem, ut præcisè respondendo ad hæc verba Commendarum advertit *Lezan. dicta consul. 57 n. 23 & 24. Rot. in dist. Nullius, seu Clarevall. Visitat. 21 Martii 1707. §. major autem cor. bo. me. Kaun. & consonat Tambu. de jur. Abb. disp. 15. qu. 7. n. 45 tom. 1.*

Nec quidquam ad rem nostram conferunt verba contraria in litteris Gregorii XIII. *Summ. partis nu. 3.* quia continent simplicem narrativam Monachorum supplicantium ut Monasterium calamitosis illis temporibus commendaretur protectioni Episcopi Leodien. cujus præsidio innixi possent Monachi observantiam regularem conservare. Hoc tamen non probat Summum Pontificem concessisse Commendatario Jurisdictionem in concernentibus disciplinam regularem, quia in parte dispositiva ejusdem Bullæ, unice attendenda, non aliud apparet concessum, nisi quod Abbatia teneretur, ac gubernaretur à dicto Episcopo in administratione juxta solitam formulam aliarum Commendarum, committendo scilicet regimen & administrationem Monasteriorum in spiritualibus & temporalibus. Quinimmo ex d. Bulla Gregorii XIII. potius colligitur totum oppositum, quod nempe Papa noluerit Commendatarium ullatenus se immiscere in regimine Monachorum, ut non obscure ostendunt verba illa Bullæ dictæ contrario *Summ. num. 3. in fine, ibi. volumus autem, quod propter nostram Commendam hujusmodi in Monasterio præfatis divinus Cultus, ac solitus Monachorum, & Ministrorum numerus nullatenus minuat, quodque Regimini & Administrationi prædictus te in aliquo immisceas.*

Per hoc ergò quod Papa ad conservandam regularem observantiam, quæ calamitosis

mitosis illis temporibus periclitabatur, Monasterium cōmendaverit Episcopo Leod. committendo illi sub solita phrasi regimen & gubernium in temporalibus & spiritualibus, non bene infertur, quod Commendatario tribuerit potestatem in concernentibus regularem observantiam, ut præcisè argumentum hujusmodi reprobavit Constitutio Innocentiana, apud Fagnan. in cap. edoceri sub nu. 4. de rescript. ubi narrat quod Commendatarii in vim Litterarum Apostolicarum super eorundem Monasteriorum Commendis expeditarum, in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio, tam in temporalibus, quam in spiritualibus plenariè committitur prætendunt jus instituendi, ac destituendi Priores &c. visitandi, corrigendi &c. & exercendi ea, quæ Institutum regulare concernunt &c. in alienam insuper messem veluti electiones &c. ac etiam visitationis, & Monachorum correctiones faciem mittere præsumentes.

Hæc igitur erant fundamenta, cui nitentur Commendatarii, & quæ sunt illa eadem relata à Doctoribus allegatis in contrario restrictu. Quæ porro Pontifex reprobavit inhærendo resolutionibus Sac. Congregationis Concilii ibi. *Inherentes &c. decreto ejusdem Sac. Collegii Concilii Trident. ac resolutionibus alijs desuper factis, Apostolicâ Auctoritate declaramus &c. non licere Commendatariis, Priores &c. visitare Monachos, eosdemq; corrigere, nec facultates ejusdem in litteris Apostolicis concessas & expressas, prout supra ad ea, quæ Institutum regulare concernunt, ac tenore &c. & Sac. Concilii dispositione Monastico Regimini relinquuntur; trahi posse, ac debere.*

En igitur clarissimam legem Papalem, quæ non quidem in casu particulari, sed per viam declarationis generalis ad explicationem Concilii statuit, ac decrevit, quod facultates expressæ in litteris Commendarum non extendantur ad ea, quæ concernunt Institutum regulare. Prout ita pariter antea declaraverat Sac. Congregatio Concilii ad explicationem *sess. 25. cap. 20. ut in decreto registrato apud Nicol. floscul. verb. Commendatarius nu. 2.* Quapropter irritus labor est cumulare Doctores, & retexere ratiocinia super hoc puncto prætensæ Jurisdictionis Cōmendatarii in concernentibus Institutum regulare, quia supponit debet pro principio absoluto, & indubitato, quod talis potestas illis non competat, declaratio enim apostolica facit legem universalem, & prohibet ulteriorem discursum juxta *Text. in cap. in causis de sent. & re judic. & in ea. ex multa devot. & vot. redempt. Fagn. in cap. quoniam sub n. 67 de const. b.*

Firmâ itaq; stante hæc regulâ, in vanum prætenditur illam limitari, siue quia agatur de Commenda ad postulationem Conventus, siue quia versemur in Monasterio singulariter de per se vivente. Siquidem in ordine ad postulationem jam præventivè diximus in nostris informationib. quod postulatio fuit in Commendat. non in Abbatem, quodq; Bulla Apostol. Cōmendæ in hæc parte est clarissima dum non præficiat Celsiss. Adversarium in Abbatem, nec illi dat Abbatiam in titulum sed in Commendam, neq; alias illi tribuit facultates, quam illas concedi solitas aliis Commendatariis secularibus, quæ nunquam extenduntur ad potestatem manus proponendi in concernentibus Disciplinam Regularem.

Quo verò ad alteram distinctionem inter Monasteria viventia jure singulari, & ea quæ redacta sunt in Congregat. de qua *Card. de Luca de regul. disc. 73 nu. 4. & seq. diximus, distinctionem non probari nisi cum auctoritate Card. de Luca, quæ non meretur attendi, cum non habeat pro se neque Canonem, neq; Doctorem, & tam resolutiones Sac. Congregat. quam Constitutio Innocentii X indistinctè loquantur, & ratio sit eadem tam si agatur de Monasterio singulari, quam vivente in Congregat. nam semper verum est, quod homines professione dispares in unum sociari non debent, nec Caput esse diversum à membris, nec aliis præfici, qui subesse non novit, ut considerant Sac. Canones. Et sicuti antea Commendam Abbas regularis exercebat potestatem in respicientibus observantiam regularem, siue ageretur de Monasterio singulari, siue de vivente in Congregatione, ita post Commendam deficiente Abbate regulari devolvitur potestas ad alium Superiorem regularem, qualis est Prior, juxta firmata in *dicta Nullius, seu Clarevau. Visitationis 25 Junii 1706. §. Neq; & §. Itidem, coram bon. mo. meo Kaunitz.**

Resolutio verò Sac. Congregationis apud Galemart. non meretur fidem, nisi exhibeatur in formâ authenticâ. ut decrevit san. mem. Urbanus VIII. 11. Augusti 1632. ibi. *Hujusmodi declarationibus decretis, seu decisionibus, tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis, nullam fidem in judicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma solito sigillo, & subscriptione Cardinalis Præsæti, ac Secretarii ejusdem Congreg. pro tempore existentium munitæ fuerint, ut refertur an. sum. qu. regul. to. 2. verb. Sac. Congregatio nu. 5. Barbof. summ. Apostol. decis. collect. 211. num. 8.* Maxima dum Galemart est Author prohibitus, ex cuius fonte multè minus desumi possunt resolutiones Sac. Congreg. Et inverisimilitudo hujus resolutionis nascitur ex alijs resolutionib. apud Nicol. in *floscul. verbo Commendat. nu. 2. & in lucubrationibus canonicis lib. 3. tit. 39. sub num. 8.* necnon ex Constit. Innocentiana, in quibus generaliter & absq; ullâ distinctione omnia Monasteria declarantur exempta à jurisdictione Commendatarii in concernentibus regularem disciplinam, & ratio semper est eadem in utraq; specie Monasteriorum, dum etiam in Monasteriis non redactis in Congregationem ad-

sunt Superiores regulares, prout verificatur in casu nostro, ubi Monasterium Stabulense habet suam mensam separatam, & regitur a suo Priore, in quibus terminis etiam *Cardin. de Luca in miscell. Eccles. disc. 54. n. 28.* admittit Commendatarium nullam habere jurisdictionem aut autoritatem cum Religiosis

Superflua tamen redditur hujusmodi quaestio, quia nostra Monasteria non vivunt singulariter, quia sunt unita & aggregata Congreg. Bursfeldensi, non quidem per nudam communicationem Privilegorum, ut male ex adverso supponitur, sed per effectivam incorporationem, dum virtute ejusdem Aggregationis Monachi renoverunt professionem juxta Institutum d. Congregationis, & omnes Novitii ab inde contra professionem emiserunt juxta d. Institutum, promittendo obedientiam Capitulo Annali d. Congregationis, & se submitendo Statutis ejusdem, ut in nostro *Summ. num. 40 & 41* pro ut de facto in sequelam ejusdem Aggregationis Superiores majores d. Congrega. semper exercuerunt jurisdictionem in nostra Monasteria, illa visitando & corrigendo circa regularem observantiam, ut in d. nostro *Sum. n. 42*

Inane pariter diffugium est asserta observantia, quia ista late sublata remanet per D. causae Patrum in ejus responsione 4 §. 12 usque ad 18. & pro omnimoda ejus irrelevantia sufficit animadvertere, quod ubi res fuit in contradictione deducta, vel ipsi Commendatarii judicaverunt contra seipsos declarando nullum jus habere in concernentibus regularem disciplinam, vel succubuerunt in iudicio. Cum enim immediatus Antecessor Commendatarius ad importunitatem Prioris Malmundar. conatus excutere jugum subjectionis Priori Stabulensi, delegasset eidem Priori Malmundar. facultatem recipiendi professiones Novitiorum, reclamante Priori Stabulensi, idem Commendatarius delegationem revocavit, ordinando, quod Novitii iterum professionem emitterent in manibus Prioris Stabulensis, ut in nostro *Summ. nu. 19.* similiter cum alter Commendatarius manus posuisset in correctione Monachorum judicialiter re delata ad Nuntium Colonien. emanavit sententia, in qua declaratum extitit, talem jurisdictionem privative competere solum Priori Stabulensi, ut in *Summar. addit. responsionu num. 3.*

In materia autem observantiae receptum est principium, quod illa penitus destruitur, quando non est uniformis, & unicus actus contrarius sufficit ad illam destruendam. *Adden. ad Gregor. dec. 162. nu. 15. Rota coram Carill. dec. 114. nu. 11. & cor. Bich. dec. 48. nu. 15. cor. Cel. dec. 232 nu. 3. in recent. dec. 742. num. 7, part. 18. & in Gerunden. Capitali 9. Martii 1703. §. fin. coram bo. me. O manna.* Praecipue quando actus favore Prioris habent assistentiam juris, & emanant in contradictorio iudicio, quo casu destruant, ac praevaleant omnibus contrariis emanatis per meram conniventiam Superiorum Regularium, *Rota in Eurgem. juru visitandi de Bribiesca 12 Januarii 1714. §. atque hinc, coram Eminen. Scotto.*

Eoq; minus ulla ratio haberi potest de asserta observantia, dum quilibet ex Commendatariis in ipso ingressu jurat servare, & manutenere utriusq; Monasterii Prioribus sua jura, & jurisdictiones ibi - *Juro &c. utriusq; Ecclesia Prioribus jura & jurisdictiones servaturum, & manenturum. & infra ibi - unumquemq; in suo jure conservaturum.* Cumq; jura, & jurisdictiones Prioris in nullo alio consistant, quam in jure correctionis Monasticae, & observantiae regularis, utique praeterea jurisdictio Commendatarii exclusa remanet in hac parte ex propria ipsius promissione jurata, quae semper obstat introductioni contrariae observantiae. *Ceccoper. luobr. canonic. lib. 4 nu. 117. & seqq. Rota coram Benicaf. decis. 378. num. 29. & 30. & in Bononien. Parochialis 10. Februarii 1716. §. Atque ex his coram R. P. D. Cerro.*

Addito demum, quod in hac materia observantia attendi non potest, tanquam abusiva contra Decreta Concilii, & Constitut. Innocentianae, quae hanc jurisdictionem illicitam declaravit, & tanquam munita clausula sublata, & decreto irritanti inficit quaevisq; contrariam observantiam, ut in specie respondit *Rota in d. Nullius, seu Clar. Visitat. super manus. 12 Martii 1707. §. quia in ordin. cor. bo. me. Kaunitz*

Ad rem pariter non facit Decretum Sac. Congregationis consistorialis, quia in dicto casu Capitulum pretendebat, quod propter incapacitatem Commendatarii in minori aetate existentis tota ejus Jurisdictio devoluta esset ad ipsum Capitulum juxta *Text. in cap. 1 ne sed. vacan. Sac. autem Congregatio censuit esse locum Administratori provisionali in spiritualibus, quae tamen Administratio intelligitur de illa contracta in literis Comendae, & quae conceditur omnibus aliis Comendatariis, nullatenus vero de jurisdictione in respicientibus disciplinam regularem, de qua dicitur decretum nullatenus loquitur, & antequam transiret in Comendatarium saecularem; unde non potest dict. decretum per discursus & illationes extendi ad talem potestatem in Monachos, sed strictè accipi, prout sonat *Rota cor. Nurat. decis. 508. nu. 4. in rec. decis. 391. nu. 9. part. 18. & dec. 622. nu. 9. part. 19.* & potius ita intelligi & interpretari, ut concordet cum dispositione S. Canonum, Concilii Trid. resolutionibus S. Congregationis, & Constitutionibus Apostol. etiam si opus esset impropriare verba ad *Text. in cap. Causam, quae ibique gloss. de refer. & in cap. Dilectus de offic. ordin. Rota dec. 65. sub n. 3. part. 2. & dec. 212. n. 12. par. 18 rec.**

Ex his descendit resolutio tertii dubii, quia non potest delegari quod non habetur, sed praeterea etiam supposito erroneo assumpto, quod Comendatarius posset delegare, adhuc praetereire non posset Priorem, quia de iure ipse Prior est illi ad quem devolvitur jurisdictio in defectum Abbatis regularis per *Text. abertum in cap. 1. in fin. ne sede vacan. & in Clement. prima §. si qui vero de statu Monach. ibique Lav. Abb. lib. 3. tit. 30. cap. 1. nu. 9. in fine. Zabarel. ibid. verb. Abbate nu. 1. & seq. Tambur. de jure abb. tom. 2. disp. 1. qu. 4 nu. 5.* Ergo non potest Aerialius delegatus, quia Prior tanquam Vicarius juris, seu Vicar. natus iure suo subintrat in locum, & jurisdictionem Abbatis.

Non subsistente unico objecto contrario fundato in qua ita e Prioris amovibilis ad nutum Abbatis Comendatarii, quia licet amovibilitas nihil pertineat ad rem, cum non tollat illi potestatem, quam habet in Monachos in defectum primi Superioris regular. adhuc in facto habemus, quod iste Prior non est amovibilis, sed perpetuus, cum eligatur conventualiter, & ad vitam, nec removeri possit sine causa legitima apta ad privandum iuris ordine servato, juxta sententiam Rever. Nuntii Coloniae editam de anno 1706. *Summ. responsionu num. 5. quae tanquam in indicatam transacta facit rem notoriam & manifestam. leg. res judicata ff. de regul. jur. Rot. in Fancu. jurisdictionis 16. Junii 1704. §. Quapropter coram Eminen. Scotto. Quare &c.*